In diebus illis Orauit daniel: dicens. Domine deus noster qui eduxisti populum tuum de terra egypti in manu forti: et fecisti tibi nomen secundum diem hanc. Peccauimus: iniquitatem fecimus domine: in omnem iusticiam tuam. Auertatur obsecro ira tua et furor tuus a ciuitate tua hierusalem et monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra: et iniquitates patrum nostrorum: ierusalem et populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi deus noster orationem serui tui et preces eius: et ostende faciem tuam super sanctuarium tuum quod desertum est. Propter temetipsum inclina deus meus aurem tuam: et audi. Aperi oculos tuos: et vide desolationem nostram: et ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum: neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam: sed in miserationibus tuis multis. Exaudi domine: placare domine: intende et fac Ne moreris propter temetipsum deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem et super populum tuum domine deus noster.

Adiutor meus et liberator meus esto domine ne tardaueris. Gra. ℣. Confundantur et reuereantur inimici mei qui querunt animam meam. Secundum Johannem. viij.

In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum. Ego vado: et queritis me: et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado: vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei. Nunquid interficiet semetipsum Quia dicit quo ego vado: vos non potestis venire? Et dicebat eis Vos deorsum estis ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quia ego sum: moriemini in peccatis vestris. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dicit eis iesus. Principium: qui et loquor vobis Multa habeo de vobis loqui et iudicare: sed qui

me misit verax est: ⁊ ego que
audiui ab eo hec loquor in mū
do. Et nō cognouerūt: quia
patrē eius dicebat deū. Di-
xit ergo eis iesus. Cū exalta
ueritis filiū hominis tūc co-
gnoscetis quia ego sum: ⁊ a
meipso facio nihil sȝ sicut do-
cuit me pater: hec loquor: ⁊ q̄
me misit mecū est: ⁊ non reli
quit me soluȝ quia ego que
placita sunt ei facio semper.
Benedicam dn̄m qui Offert.
retribuit mihi intellectū ꝓuide-
bam deū in conspectu meo sem-
per: quoniaȝ a dextris ē mihi ne
commouear. Secre. Hec ho
stia tibi dn̄e placatiōis ⁊ lau
dis tua nos ꝓpiciatione di-
gnos efficiat. Per. Comm.
Domine dominus noster q̄ ad
mirabile est nomē tuū in vniuer
sa terra. Cōpl. Hec nos cō-
munio domine purget a cri
mine: ⁊ celestis remedij faci
at esse ꝯsortes. Per. Super
Adesto supplicatōibꝰ pplm
nostris om̄ipotens deus: et
quibus fiduciā sperande pie
tatis indulges: cōsuete mise
ricordie tribue benignus ef-
fectum. Per. Feria Tercia.
Tibi dixit cor meum quesi
ui vultū tuum: vultū tuū
domine requiram: ne auertas fa
ciem tuaȝ a me. Ps. Dn̄s illumi
natō mea: ⁊ salꝰ mea quē timebo
Perfice quesumꝰ Orō.
dn̄e benignus in nob
obseruantie sancte subsidiū:
vt que te auctore faciēda co-
gnouimꝰ te operante imple
amus. Per. Lcō libri .iij. re-
In diebꝰ illis gum .xvij.
Factus ē sermo domi-
ni ad helyam tesbiten: dicēs
Surge et vade in sarepta sy-
doniorum et manebis ibi Pre
cepi enim ibi mulieri vidue vt
pascat te. Surrexit et abijt i
sarepta. Cūq; venissȝ ad por-
taȝ ciuitatis: apparuit ei mu
lier vidua colligens ligna: ⁊
vocauit eam. Dixitq; ei Da
mihi paululum aque in vase
vt bibam. Cumq; illa perge-
ret vt afferret: clamauit post
tergū eiꝰ: dicens Affer mihi
obsecro ⁊ buccellam panis i
manu tua. Que respondit.
Viuit dominus deus tuus:
quia non habeo panem nisi

quãtum pugillus capere po-
test farine in ydria: et paulu-
lum olei in lechito. En colli-
go duo ligna vt ingrediar et
faciaz illud mihi et filio meo
vt comedamꝰ et moriamur.
Ad quam helyas: ait. Noli
timere: sed vade et fac sicut
dixisti. Verũtamẽ mihi pri-
mum fac de ipsa farinula sb-
cinericium panez paruulũ et
affer ad me. Tibi autem ⁊ fi-
lio tuo facies postea. Hec au
tem dicit dominus deus isrł
ydria farine nõ deficiet nec
lechitus olei minuet' vsqꝫ in
diem in qua daturus est do-
minus pluuiam super faciez
terre. Que abijt ⁊ fecit iuxta
verbũ helie. Et comedit ipse:
⁊ illa: ⁊ domus eius. Et ex il
la die ydria farine non defe-
cit: ⁊ lechitꝰ olei nõ ẽ iminu-
tus iuxta verbũ domini: qd
locutus est in manu helie.

Iacta cogitatũ tuũ i dño Gra
⁊ ipse te enutriet. V. Dũ clamarẽ
ad dñm exaudiuit vocem meam:
ab hijs qui appropinquant mihi.

Scdm Matheũ. xxiij.

In illo tempore. Locu-
tus est iesus ad turbas: ⁊ ad
discipulos suos: dicens. Su
per cathedraz moysi sederũt
scribe et pharisei. Omnia er
go quecunqꝫ dixerint vobis
seruate et facite: scdm opera
vero eorũ nolite facere. Di
cunt enim et non faciũt. Al-
ligant enim onera grauia: ⁊
importabilia: ⁊ imponunt i
humeros hominum: digito
autem suo nolunt ea moue-
re. Omnia vero opera sua fa
ciunt: vt videantur ab homi
nibus. Dilatant enim phi-
lateria sua: et magnificant
fimbrias. Amãt autem pri-
mos recubitus in cenis: et
primas cathedras i synago-
gis: et salutationes in foro:
et vocari ab omnibus rabbi
Vos autẽ nolite vocari rab-
bi. Vnus est enim magister
vester: omnes autem vos
fratres estis. Et patrem no
lite vocare vobis super ter-
ram. Vnus est enim pater
vester qui in celis ẽ. Nec vo-
cemini magistri quia magi
ster vester vnus est christus.
Qui maior est vestrum erit

minister vester. Qui autē se exaltauerit humiliabitur: et qui se hūiliauerit exaltabit̄.

M iserere mihi domie **Offer.** scd̄m magnā misericordiam tuam dele domine iniquitatē meā.

S anctificatōem tuā **Sec.** nob domine hijs mysterijs placatus operare: que nos ⁊ a terrenis purgent vicijs: et ad celestia regna perducant Per do.

Com. N arrabo omnia mirabilia tua: letabor ⁊ exultabo in te: psallam nomini tuo altissime.

Complen. Ut sacris domie reddamur digni mysterijs: fac nos tuis q̄sumus obedire mādatis. Per dn̄z.

P ropitiare **Super populū.** domine supplicationib⁹ nostris: et animaruz nostrarū medere languoribus: et remissione percepta in tua semper benedictiōe letemur P.

N Edere- **Feria quarta.** linquas me domine: de⁹ meus ne discedas a me: intende in adiutorium meuz domine virtus salutis mee. **ps̄.** Domine ne in furore tuo arguas me: neq̄ȝ in ira tua corripias me.

Oratio.

P Opulum tuum quesumus domine propicius respice: et quos ab escis carnalibus precipis abstinere: a noxijs quoq̄ȝ vicijs cessare cōcede. Per.

Lectio lib Hester. xiij.

I N diebus illis. Orauit hester ad dominū dicens. Domie rex omnipotens: in ditione tua cūcta sunt posita: et nō ē qui possit tue resistere volūtati: si decreueris saluare nos cōtinuo liberabimur. Tu eniz domine fecisti celum ⁊ terrā et quicquid celi ambitu cōtinetur. Tu es dominus oīm et non est qui resistat maiestati tue. Et nūc domine rex regum deus abraham miserere populo tuo: quia volūt nos inimici nostri perdere: ⁊ hereditatē tuaz delere. Ne despicias partem tuam quā redemisti tibi. Sed exaudi deprecatōem nostrā: ⁊ propici⁹ esto sorti ⁊ funiculo hereditatis tue Et cōuerte luctuz nr̄m i gaudiū: vt viuētes laudem⁹ nomē tuū: ⁊ ne claudas ora canentiū te dn̄e deus nr̄.

Saluum fac populum Grad. tuum domine: ⁊ benedic hereditati tue. ℣. Ad te domine clamaui: deus me⁹ ne sileas a me: ⁊ ero similis descendētibus in lacum.

Scdm̄ Matheum. xx.

In illo tempore. Ascēdens iesus hierosolymaz assumpsit duodecim discip̄los secreto: et ait illis. Ecce ascēdimus hierosolymā: ⁊ filius hominis tradetur principibus sacerdotū ⁊ scribis: ⁊ cōdemnabūt eum morte: ⁊ tradent eum gentibus: ad illudendum: ⁊ flagellandum: et crucifigendum: et tercia die resurget. Diuisio. Tunc accessit ad eum mater filiorū zebedei cum filijs suis: adorans ⁊ petens aliquid ab eo Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeant hij duo filij mei vnus ad dexteram tuam: et vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem iesus: dixit. Nescitis q̄d petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sū? Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidē meū bibetis: sedere aūt ad dexterā meam vel sinistrā non ē meum dare vobis: sed quib⁹ paratū est a patre meo. Et audientes decē: indignati sunt de duobus fratribus Jesus autē vocauit eos ad se: et ait Scitis quia principes gentium dominātur eorū: ⁊ qui maiores sunt potestatem exercent in eos Non ita erit inter vos. Sed quicumq̄ voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et qui voluerit inter vos primus esse erit vester seruus. Sicut filius hominis nō venit ministrari sed ministrare: et dare animam suam redēptiōem pro multis. Offer. Ad te domine leuaui animā meam: deus meus in te confido nō erubescā: neq̄ irrideāt me inimici mei: etenim vniuersi qui te expectāt nō confundētur. Secre. Hostias domine quas tibi offerimus propicius respice: ⁊ per hec sacrosancta cōmertia vincula peccatorum nostrorum absolue. Per dn̄m. Commo. Iustus domin⁹ et iusticiam di-

lexit: equitatem vidit vultus ei⁹
Sumptis domine Compl.
salutarib⁹ sacramētis ad redemptōnis eterne quesum⁹ proficiam⁹ augmentū. Per.
Deus in- Super populum
nocētie restitutor ꝛ amator: dirige ad te tuorū corda seruorum: vt spiritus tui feruore concepto: ꝛ in fide inueniamur stabiles: ꝛ i opere efficaces. Per. Feria quinta.
Deus in adiuto- Introi.
rium meum intende: dñe ad adiuuandum me festina: confundantur ꝛ reuereantur inimici mei: qui querūt animam meã. ps. Auertantur retrorsũ ꝛ erubescant qui cogitant mihi mala.
Presta nobis Oratio.
domie quesum⁹ auxilium gratie tue: vt ieiunijs ꝛ oratiōibus cōuenienter intenti: liberemur ab hostibus mentis ꝛ corporis. Per do.
Lcō hieremie pphete. xvij.
Hec dicit domin⁹ deus. Maledict⁹ homo qui confidit in homine: et ponit carnem brachium suum: ꝛ a domino recedit cor ei⁹. Erit enī quasi mirice in deserto: et non videbit cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis ꝛ inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in domino: et erit dominus fiducia ei⁹. Et erit quasi lignū quod transplātatur super aquas: quod ad humorē mittit radices suas et non timebit cuz venerit estus. Et erit foliū eius viride: ꝛ in tempore siccitatis nō erit sollicitū: nec aliquando desinet facere fructum. Prauum est cor homis ꝛ inscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans cor ꝛ probans renes: qui do vnicuiqꝫ iuxta viam suam: ꝛ iuxta fructum adinuentionū suarum. Dicit domin⁹ omīpotēs. Gra.
Propici⁹ esto domine peccatis nostris: domine nequãdo dicant gentes vbi est deus eorū. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ꝛ propter honorē nominis tui domine libera nos. Sm iohem. v.
In illo tempore. Dixit Ihesus turbis iudeorū.

Non possũ ego a meipso fa
cere quicq̃. Sicut audio iu-
dico: ⁊ iudiciũ meum iustũ ē
q᷑ non quero volũtatē meā:
sed voluntatē eius qui misit
me. Si ego testimoniũ per-
hibeo de meipso: testimoniũ
meum non est verum. Ali⁹
est qui testimoniũ perhibet
de me. Et scio quia verũ ē te
stimoniũ eius qd̃ perhibet d̃
me Vos misistis ad iohem:
⁊ testimoniũ perhibuit veri-
tati. Ego aũt testimoniũ ab
homine non accipio: sed hec
dico vt salui sitis Ille erat lu
cerna lucens et ardens: vos
aũt voluistis exultare ad ho
ram in luce eius. Ego autẽ
testimoniũ habeo maius io
hanne. Opera eñ que dedit
mihi pater vt perficiā ea ipsa
opera que facio ego testimo
nium perhibent de me: quia
pater me misit. Et qui misit
me pater: ipse testimoniũ p̱-
hibuit de me. Neq̨ vocē ei⁹
vnq̃ audistis: neq̨ speciem
eius vidistis. Et verbum ei-
us nō habetis in vobis ma-
nens: q᷑ quē misit ille huic
vos nō creditis. Scrutami-
ni scripturas: quia vos puta
tis in ipsis vitam eternā ha-
bere Et ille sũt que testimo-
nium perhibent de me: ⁊ nō
vultis venire ad me vt vitā
habeatis. Claritatem ab ho
minibus non accipio: sed co
gnoui vos: quia dilectiōem
dei nō habetis in vob. Ego
veni in nomine patris mei:
et non accepistis me. Si ali
us venerit in nomine suo: il-
lũ accipietis. Quomō vos
potestis credere qui gloriā
ab inuicem accipitis: ⁊ glori
am que a solo deo est nō que
ritis? Nolite putare q̄a ego
accusatur⁹ sum vos apud pa
trē. Est q̄ accusat vos: moy-
ses in quo vos speratis. Si
enĩ crederitis moysi crede-
ritis forsitan ⁊ mihi. De me
eñ ille scripsit. Si aũt illius
litteris nō creditis: quomō
ṽbis meis credetis? Offer.
Precatus est moyses in cōspe-
ctu domini dei sui: et dixit preca
tus est moyses in conspectu do-
mini dei sui: ⁊ dixit quare domīe
irasceris i populo tuo: parce ire

animi tui: memēto abraham: ysa
ac: et iacob quib⁹ iurasti dare ter
ram fluentem lac ⁊ mel: et placa
tus factus est dominus de mali
gnitate quam dixit facere in po
pulo suo. Secre. Accepta ti
bi sint domine quesum⁹ no
stri dona ieiunij q̄ ⁊ expian
do nos gratia tua dignos ef
ficiant: et ad sempiterna pro
missa perducant. P. Comō
Qui manducat carnem meam
et bibit sanguinem meum in me
manet et ego in eo dicit domin⁹
Gratia tua que- Complē.
sumus omnipotēs deus nos
non derelinquat: que et sacre
nos deditos faciat seruituti
et tuaz nobis opem semper
acquirat. Per. Sup pplm.
Adesto domine famulis tu
is ⁊ perpetuā benignitatem
largire poscentibus: vt hijs
qui te auctore et gubernato
re gloriantur: ⁊ congregata
restaures: ⁊ restaurata con
serues. P. Feria. vj. Intro.
Ego autem cū iusticia ap
parebo in conspectu tuo:
satiabor: dū manifestabitur glo
ria tua. ps. Exaudi dn̄e iusti-
ciam meam intende deprecatio
Oratio. nem meam
DA nobis quesumus om
nipotens deus: vt sacro nos
purificante ieiunio: sinceris
mentibus ad sancta ventu
ra facias peruenire. Per d.
Lectio libri genesis. xxxvij.
In diebus illis. Dixit
ioseph fratribus suis.
Audite somniūz meū quod
vidi. Putabam nos ligare
manipulos in agro: ⁊ quasi
consurgere manipulum me
um ⁊ stare vestrosqȝ manipu
los circumstantes adorare
manipulum meū. Respōde
runt fratres eius Nunquid
rex noster eris: aut subijcie
mur ditioni tue? Hec ḡ cau
sa somniorum atqȝ sermonum
inuidie: et odij fomitem mi
nistrauit. Aliud quoqȝ vidit
somniū quod narrās fratri
bus: ait. Vidi per somnium
quasi solem: ⁊ lunam: ⁊ stel
las vndecim adorare me: qđ
cum patri suo ⁊ fratribus re
tulisset: increpauit eū pater
suus: et dixit. Quid sibi vult
hoc somnium quod vidisti?

Num ego ⁊ mr̄ tua ⁊ fratres
tui adorabim⁹ te sup terram?
Inuidebant ei igit̄ frēs sui:
pr̄ vo rem tacit⁹ ꝯsiderabat.
Cūq̄ fratres illi⁹ i pascēdis
gregib⁹ patris morarent̄ in
sychem: dixit ad eū isrl̄. Fr̄es
tui pascūt oues in sychimis:
veni mittam te ad eos. Quo
rn̄dente: p̄sto sum ait. Uade
⁊ vide si cūcta p̄spera sint er-
ga fratres tuos ⁊ pecora ⁊ re
nūcia mihi qd agat̄. Missus
de valle ebron venit i sychem
Inuenitq̄ eū vir errantē in
agro: ⁊ interrogauit qd que-
reret? At ille rn̄dit. Fratres
meos q̄ro. Indica mihi vbi
pascāt greges. Dixitq̄ ei vir
Recesserūt d̄ loco isto. Audi
ui aūt eos dicētes. Eam⁹ in
dothaim. Perrexit itaq̄ io-
seph post fratres suos ⁊ inue
nit eos i dothaim. Quicū vi
dissent eum p̄cul: anteq̄ acce-
deret ad eos cogitauerūt eū
occidere: ⁊ mutuo loquebāt̄.
Ecce somniator venit. Ue-
nite occidam⁹ eū ⁊ mittam⁹
in cisternā veterem: dicemus-
q̄: fera pessima deuorauit eū:
et tūc apparebit: qd illi p̄sint
somnia sua? Audiēs aūt hec
ruben: nitebat̄ liberare eū d̄
manib⁹ eoꝝ: ⁊ dicebat. Non
interficiam⁹ aīam ei⁹ nec ef-
fundam⁹ sanguinē: sʒ p̄ijci-
te eum in cisternā veterē que
ē in solitudīe: manusq̄ vr̄as
seruate inoxias. Hoc aūt di-
cebat volēs eripere eū de ma
nib⁹ eoꝝ: et reddere p̄ri suo.

Ad dn̄m cū tribularer. Grad.
clamaui ⁊ exaudiuit me. ℣. Dn̄e
libera aīam meā a labijs iniquis:
⁊ a lingua dolosa. Scd̄m math.

In il. t. Dixit iesus xxj.
discipulis suis: ⁊ turbis
iudeoꝝ parabolam hāc. Hō
quidā erat p̄rfamilias: q̄ plā
tauit vineā: ⁊ sepem circūde-
dit ei: ⁊ fodit in ea torcular: ⁊
edificauit turrim: et locauit
eā agricolis: et peregre p̄fect⁹
est. Cū aūt temp⁹ fructuū ap
propinq̄sset: misit s̄uos suos
ad agricolas vt acciperēt fru
ctus ei⁹. Et agricole app̄hen
sis seruis ei⁹: aliū ceciderūt:
aliū occiderūt: aliū vo lapida-
uerūt. Iterū misit alios s̄uos
plures p̄orib⁹: ⁊ fecerūt ill' silr.

Nouissime aūt misit ad eos filiū suū dicēs verebunt filiū meuz. Agricole aūt vidētes filiū: dixerūt intra se. Hic est heres: venite occidam⁹ eum ꝛ habebim⁹ hereditatē eius Et apprehēsuz eū eiecerunt extra vineā: ꝛ occiderūt. Cū ḡ venerit dn̄s vinee: quid faciet agricolis illis? Aiūt illi Malos male perdet: ꝛ vineā locabit alijs agricolis: q̄ reddāt ei fructū tpibus suis. Dicit illis iesus Nunq̄ legistis in scripturis: lapidē quez reprobauerūt edificātes: hic factus ē i caput anguli? A domino factū ē istud et ē mirabile i oculis nr̄is? Jdo dico vob: q2 auferetur a vobis regnū dei: ꝛ dabit̄ genti faciēti fructus ei⁹. Et qui ceciderit super lapidē istū ꝯfringet̄: super quē v̄o ceciderit: cōteret eū. Et cū audissent principes sacerdotū ꝛ pharisei parabolas ei⁹: cognouerūt q̄ d̄ ipis diceret. Et querētes eū tenere timuerūt turbas: qm̄ sic̄ pphetam eū habebāt. Offer.

Dn̄e in auxiliū meū respice confundantur ꝛ reuereātur qui querūt aīaz meā vt auferāt eā. Sec.

Hec i nobis sacrificia qm̄s oīps de⁹: ꝛ actōe pmaneāt: et opatiōe firmētur. Per. Com.

Tu dn̄e seruabis nos ꝛ custodias nos a gn̄atōe hac in eternum. Cōpl.

Hac nos q̄s dn̄e accepto pignore salutis eterne sic tēdere ꝯgruēter: vt ad eādem possim⁹ puenire. Per. Sup pplm̄.

Da q̄s dn̄e populo tuo salutē mētis et corporis: vt bonis opibus inherendo: tue sp v̄tutis mereat̄ protectione defendi. Per. Sabbato.

Lex dn̄i irreprehēsibilis ꝯuertēs aīas testimoniū dei fidele sapiam prestās paruulis. ps. Celi enarrāt gl̄iam dei ꝛ opa manuū ei⁹ annūciat firmamētum. Oro

Da qm̄s dn̄e nr̄is effectum ieiunijs salutarē: vt castigatō carnis assumpta: ad nr̄az vegetatiōem transeat aiaz. Per. Lc.ll. genes. xxvij.

In dieb⁹ illis. Dixit rebecca filio suo iacob. Audiui patrē tuum loquentem cū esau fratre tuo: ꝛ dicē

tem ei. Affer mihi de vena-
tiõe tua: ⁊ fac cibos vt come-
dam: ⁊ benedicã tibi corã do
mino anteꝙ moriar. Nũc er
go fili mi acquiesce consilijs
meis: et pergẽs ad gregẽ af-
fer mihi duos hedos optios
vt faciã ex eis escas pr̃i tuo q̃
bus libenter vescit᷑: quas cũ
intuleris ⁊ comederit bñdi-
cat tibi priusꝙ moriat᷑. Cui
ille respondit. Nosti ꝙ esau
frater meus hõ pilosus sit: ⁊
ego lenis. Si attrectauerit
me pr̃ me⁹ et senserit: timeo
ne putet sibi voluisse me illu-
dere: ⁊ inducat sup me male
dictiõem ꝓ bñdictione? Ad
quẽ mater. In me sit ait ista
maledictio fili mi: tantũ au-
di vocẽ meã: ⁊ pergens affer
que dixi. Abijt ⁊ attulit: de-
ditqꝫ matri sue. Parauit illa
cibos sic velle nouerat patrẽ
illi⁹: et vestib⁹ esau valde bo-
nis quas apð se habebat do
mi: induit eũ: pelliculasqꝫ he-
doꝝ circũdedit manib⁹: ⁊ col
li nuda ꝓtexit. Deditqꝫ pul-
mentũ: ⁊ panes quos coxe-
rat tradidit. Quibus illatis
dixit. Pr̃ mi. At ille respon-
dit. Audio. Quis es tu fili
mi? Dixitqꝫ iacob. Ego sum
primogenit⁹ tuus esau Feci
tibi sicut p̃cepisti mihi Sur-
ge sede ⁊ comede de venatiõe
mea vt bñdicat mihi aĩa tua
Rursumqꝫ ysaac ad filiũ suũ.
Quomõ inquit tam cito in-
uenire potuisti fili mi? Qui
respõdit Voluntas dei fuit:
vt cito occurreret mihi qð
volebã. Dixitqꝫ ysaac. Acce
de huc vt tangã te fili mi: ⁊ ꝓ
bem vtrũ tu sis filius meus
esau: an non? Accessit ille ad
patrem: et palpato eo: dixit
ysaac. Vox quidẽ: vox iacob
est: sed manus: manus sunt
esau. Et non cognouit eum
quia pilose manus similitu-
dinem maioris expresserãt.
Benedicẽs ergo illi ait. Tu
es filius meus esau? Rñdit.
Ego sum. At ille. Affer in-
quit mihi cibos de venatiõe
tua fili mi: vt bñdicat tibi aĩa
mea: quos cũ oblatos come
disset: obtulit ei etiam vinũ.
Quo hausto: dixit ad eũ Ac
cede ad me: ⁊ da mihi osculũ

fili mi. Accessit et osculatus
est eum. Statimq́ꝫ vt sensit
vestimentoꝝ fragrantiã: be
nedicẽs illi: ait. Ecce odoꝛ fi
lij mei sicut odoꝛ agri pleni:
cui benedixit dominꝰ. Det
tibi deus de roꝛe celi: ⁊ d̃ pin
guedine terre abundantiaꝫ:
frumenti: vini: ⁊ olei: ⁊ serui-
ant tibi populi: ⁊ adoꝛent te
tribus. Esto dominꝰ fratrũ
tuoꝝ̃: ⁊ incuruẽtur ante te fi
lij matris tue Qui maledixe
rit tibi: sit ille maledictus: et
qui benedixerit tibi: benedi
ctiõib9 repleatur. Vix ysaac
sermonẽ impleuerat: ⁊ egres
so iacob foꝛas: venit esau: co
ctosq́ꝫ de venatõne cibos in-
tulit patri: dicẽs. Surge pa-
ter mi: et comede de venatõ
ne filij tui: vt benedicat mihi
anima tua Dixitq́ꝫ illi ysaac
Quis em̃ tu es? Qui respon
dit. Ego sum filius tuus pri
mogenitꝰ esau. Expauit ysa
ac stupoꝛe vehemẽti: ⁊ vltra
q̃ credi potest ammirãs: ait
Quis igitur ille ẽ qui duduꝫ
captam venationem attulit
mihi: ⁊ comedi ex omnibus

priusq̃ tu venires? Benedi-
xiq́ꝫ ei: ⁊ erit benedictꝰ. Au-
ditis esau sermonibꝰ p̃ris: ir
rugijt clamoꝛe magno: ⁊ cõ-
sternatus: ait Benedic etiã
⁊ mihi pater mi Qui ait. Ve
nit germanus tuus fraudu-
lenter ⁊ accepit benedictõeꝫ
tuam At ille subiũxit Iuste
vocatum est nomen eius ia-
cob. Supplãtauit enim me
en altera vice Primogenita
mea ante tulit: ⁊ nũc scd̃o sur
ripuit benedictõem meam.
Rursumq́ꝫ ad patrem: nun-
quid nõ reseruasti ait ⁊ mihi
benedictionem? Respondit
ysaac. Dominũ tuũ illum cõ
stitui: ⁊ omnes fratres suos
s̃uituti eius subiugaui. Fru
mento: ⁊ vino: ⁊ oleo stabili-
ui euꝫ: et tibi post hec fili mi
vltra quid faciam? Cui esau
Num vnã inquit tantuꝫ be-
nedictõeꝫ habes pater? Mi-
hi quoq́ꝫ obsecro vt benedi-
cas. Cunq́ꝫ eiulatu magno
fleret: motus ysaac: dixit ad
eum. In pinguedine terre:
et in roꝛe celi desuper erit be-
nedictio tua Gra. Bonũ est

confiteri domino: et psallere nõ-
mini tuo altissime. ℣. Ad annũ-
ciandum mane misericordiã tuã
et veritatem tuam per noctem.

In il- Scdm Lucã. xv.
lo tempore Dixit iesus
discipulis suis parabolã hãc
Homo quidaz habuit duos
filios: et dixit adolescentior
ex illis patri Pater. Da mi-
hi portionez substantie: que
me contingit: et diuisit illis
substantiã. Et nõ post mul-
tos dies: cõgregatis omni-
bus adolescẽtior filius pere-
gre profectus est in regionẽ
longinquam: et ibi dissipa-
uit substantiam suam viuen
do luxuriose. Et postq̃ om-
nia consummasset: facta est
fames valida in regiõe illa:
⁊ ipse cepit egere. Et abijt et
adhesit vni ciuiuz regionis
illius: et misit illum in villaz
suam vt pasceret porcos. Et
cupiebat implere ventrẽ suũ
de siliquis quas porci man-
ducabãt: et nemo illi dabat.
In se autem reuersus: dixit
Quanti mercennarij in do-
mo patris mei abũdant pa-
nibus: ego autem hic fame
pereo? Surgam ⁊ ibo ad pa
trem meum: et dicaz ei. Pa-
ter: peccaui in celum ⁊ coraz
te: iam non sum dignus vo-
cari filius tuus: fac me sicut
vnum de mercẽnarijs tuis.
Et surgens venit ad patrez
suum. Cum autẽ adhuc lon
ge esset: vidit illum pater ip-
sius: et misericordia motus
est: et accurrẽs cecidit super
collum eius: et osculatus est
eum. Dixitq̧ ei filius. Pa-
ter peccaui in celuz et coram
te: iam non sum dignus vo-
cari filius tuus. Dixit autẽ
pater ad seruos suos. Cito
proferte stolam primam: et
induite illum et date annu-
lum in manum eius: et calci
amẽta in pedes eius. Et ad
ducite vitulum saginatum ⁊
occidite: et manducemus: ⁊
epulemur: quia hic fili⁹ me⁹
mortuus erat ⁊ reuixit: peri-
erat ⁊ inuentus est. Et cepe-
runt epulari. Erat autem fi-
lius eius senior in agro. Et
cum veniret ⁊ appropinqua
ret domui: audiuit sympho-

niaz et chorū: et vocauit vnū
de seruis: et iterrogauit que
hec essent. Isq3 dixit illi Fra
ter tuus venit: et occidit pa
ter tuus vitulum saginatuz:
quia saluum illū recepit. In
dignatus est autem: et nole
bat introire. Pater ergo il
lius egressus cepit rogare il
lum. At ille respondens: di
xit patri suo. Ecce tot annis
seruio tibi: et nunq̄ manda
tum tuum preteriui: ꝛ nunq̄
dedisti mihi hedum vt cum
amicis meis epularer. Sed
postq̄ filius tuus hic qui de
uorauit substantiam suā cuz
meretricibus venit: occidi
sti illi vitulum saginatum.
At ipse dixit illi. Fili tu sem
per mecuz es: et omnia mea
tua sunt. Epulari autem et
gaudere oportebat quia fra
ter tuus hic mortuus erat et
reuixit: perierat ꝛ inuentꝰ ē.
Illumina oculos me- Offert.
os ne vnquā obdormiam in mor
te: nequādo dicat inimicus meꝰ
preualui aduersus euz. Secre.
Hijs sacrificijs domine cō
cede placatus: vt qui proprijs
oramus absolui delictis: nō
grauemur alienis. Per do.
Oportet te fili gaude- Com.
re quia frater tuus mortuus fue
rat et reuixit: perierat et inuen
tus est. Compl. Sacramen
ti tui domine libatio sancta:
penetralia nostri cordis in
fundat: ꝛ sui nos participes
decenter efficiat. Per dñm.
Familiaz. Super populū.
tuam quesumus domine cō
tinua pietate custodi: vt que
in sola spe celestis gratie in
nititur: celesti etiaz protectō
ne muniatur. Per dominū
nostr. Dñica tercia Intro.
Oculi mei semp ad domi
nuz quoniā ipse euellet de
laqueo pedes meos: respice i me
et miserere mei quoniam vnicus
ꝛ pauper sum ego. ps. Ad te do
mine leuaui animā meam: deus
meus in te confido nō erubescā.
Quesumꝰ om- Oratio.
nipotēs deus vota hū
miliuz respice: atq3 ad defen
sionem nostram dexterā tue
maiestatis extēde. Per do.
Fratres Ad ephesios. v.
Estote imitatores dī

lectio epistole

sicut filij carissimi: et ambu-
late in dilectione sicut et cri-
stus dilexit nos: et tradidit
semetipsuz pro nobis: obla-
tione: ⁊ hostiam deo: in odo
rem suauitatis. Fornicatio
autem et omnis imundicia:
aut auaricia: nec nomietur
in vobis: sicut decet sanctos
aut turpitudo: aut stultilo-
quiuz: aut scurrilitas que ad
rem nō pertinet: sed magis
gratiarū actio. Hoc enim sci
tote intelligentes: q omnis
fornicator: aut imūdus: aut
auarus: quod est ydolorum
seruitus: non habet heredi-
tatem in regno christi: ⁊ dei.
Nemo vos seducat inanib9
verbis. Propter hec enim ve-
nit ira dei in filios diffiden-
tie. Nolite ergo effici: parti-
cipes eorum. Eratis enim
aliquādo tenebre: nunc au-
tem lux in domino: vt filij lu
cis ambulate. Fructus eniz
lucis est in omni bonitate et
iusticia ⁊ veritate. Gradua.
Exurge domine non preualeat
homo: iudicentur gentes in cō-
spectu tuo. ℣. In conuertendo
inimicū meum retrorsum infir-
mabuntur et perient a facie tua
Ad te leuaui oculos Tractus
meos: qui habitas i celis. ℣. Ec
ce sicut oculi seruorum in mani-
bus dominorum suorum. ℣. Et
sicut oculi ancille i manibus do-
mine sue. ℣. Ita oculi nostri ad
minum deuz nostrum donec mi-
sereatur nostri. ℣. Miserere no
bis dñe miserere nobis. Scdz
In illo tem- Lucam. xj.
pore. Erat hiesus eijci-
ens demonium: et illud erat
mutum. Et cum eiecisset de-
moniuz locutus est mutus:
⁊ ammirate sunt turbe Qui
dam autem ex eis dixerunt.
In beelzebub pricipe demo
niorum eijcit demonia. Et
alij temptantes: signum de
celo querebāt ab eo. Ipse au
tem vt vidit cogitatiōes eo-
rum: dixit eis. Omne regnū
in seipsum diuisum desolabi
tur: ⁊ domus supra domum
cadet. Si autez et sathanas
in seipsum diuisus est: quo-
modo stabit regnū eius: q̄a
dicitis i beelzebub eijcere me
demonia? Si autem ego in

beelzebub eijcio demonia: fi
lij vestri in quo eijciũt? Ido
ipsi: iudices vestri erũt. Por
ro si i digito dei eijcio demo-
nia: profecto peruenit i vos
regnum dei. Cum fortis ar-
matus custodit atrium suũ:
in pace sunt ea que possidet.
Si autem fortior illo super-
ueniens vicerit eum: vniuer
sa arma eius auferet in qui-
bus confidebat: et spolia eiꝰ
distribuet. Qui non est me-
cum: aduersum me est. Et
qui non colligit mecum dis-
pergit. Cum immũdus spi-
ritus exierit ab homine am-
bulat per loca inaquosa: que
rens requiem: et non inue-
niens: dicit. Reuertar in do
mum meam: vnde exiui. Et
cum venerit: inuenit eaz sco
pis mundatam et ornatam.
Et tunc vadit et assumit sep-
tem alios spiritꝰ secuz nequi
ores se: ⁊ ingressi habitãt ibi
Et fiũt nouissima hominis
illius: peiora prioribus. Fa-
ctum est autem cum hec dice
ret. Extollens vocez quedã
mlr de turba: dixit illi. Bea
tus venter qui te portauit: ⁊
vbera que suxisti. At ille di-
xit Quinimo? Beati qui au
diũt verbum dei ⁊ custodiũt
illud. Offerto. Iusticie do-
mini recte letificantes corda: et
dulciora super mel et fauum: naz
et seruꝰ tuus custodiet ea. Scã
Suscipe quesumus domie
deuotoruz munera famulo-
rum: et tua diuinis purifica
seruiẽtes pietate mysterijs:
quibus etiam iustificas de-
linquentes. Per dominum
Passer inuenit sibi do- Com.
mum: et turtur nidum vbi repo-
nat pullos suos: altaria tua do-
mine virtutum rex meus ⁊ deus
meus: beati qui habitãt in domo
tua in seculum seculi laudabũt te
A cunctis nos Complẽda.
quesumus domine reatibꝰ:
et periculis propiciatus ab-
solue: quos tãti mysterij tri-
buis esse participes. Per do
minũ. Feria scda Introitꝰ.
In deo laudabo verbuz: in
domino laudabo sermonẽ
in deo speraui non timebo quid
faciat mihi homo. ps. Miserere
mei deus quoniã cõculcauit me

homo: tota die bellans tribulauit me. **Oro.** Cordib⁹ nostris quesumus domine gratiam tuā benign⁹ infunde: vt sicut ab escis carnalibus abstinem⁹: ita quoqꝫ sensus nostros a noxijs retrahamus excessibus. Per

Lectio libri .iiij. Regum.v.

IN dieb⁹ illis. Naamā princeps militie regis syrie erat vir magnus apud dominum suum: et honoratus. Per illum eñ dedit dominus salutem syrie. Erat autē vir fortis ⁊ diues: sed leprosus. Porro d̄ syria egressi fuerant latrunculi: ⁊ captiuam duxerāt de terra israel puellam paruulaꝫ: que erat in obsequio vxoris naaman Que ait ad dominam suam Utinam fuisset domin⁹ me⁹ ad prophetam qui est in samaria: profecto curasset euꝫ a lepra quam habet Ingressus est itaqꝫ naaman ad dominum suū: et nunciauit ei: dicens. Sic et sic locuta est puella de terra israel. Dixitqꝫ ei rex syrie. Uade et mittā litteras ad regeꝫ israel. Qui cum profectus esset: et tulisset secum decem talenta argenti: et sex milia aureos: et decem mutatoria: vestimentorum: detulit litteras ad regem israel in hec verba. Cū acceperis epistolam hāc: scito ꝙ miserim ad te naaman seruum meum vt cures eum a lepra sua. Cum qꝫ legisset rex israel litteras scidit vestimenta sua: et ait. Nunquid deus ego suꝫ vt occidere possim: et viuificare: q̄a iste misit ad me vt curem hominez a lepra sua? Animaduertite et videte ꝙ occasiōes querat aduersum me. Quod cū audisset helyseus vir dei scidisse videlicet regē israel vestimenta sua: misit ad eum: dicens. Quare scidisti vestimenta tua? Ueniat ad me ⁊ sciat esse prophetaꝫ in israel. Uenit ğ naaman cuꝫ equis et curribus: et stetit ad ostium domus helisei. Misitqꝫ ad eum helyseus nuncium: dicens. Uade ⁊ lauare septies in iordane: et recipiet sa-

nitatem caro tua: atq mundaberis. Iratus naaman recedebat: dicens. Putabam q egrederetur ad me et stās inuocaret nomē domini dei sui: et tangeret manu sua locum lepre: et curaret me. Nunquid non meliores sunt abana et pharfar fluuij damasci omnibus aquis israel: vt lauer in eis et munder? Cum ergo vertisset se: et abiret indignans accesserunt ad eum serui sui: et locuti sunt ei. Pater: et si rem grandem dixisset tibi propheta: certe facere debueras. Quātomagis quia nunc dixit tibi: lauare et mundaberis. Descendit itaq et lauit septies in iordane: iuxta sermonem viri dei: et restituta est caro eius sicut caro pueri puuli: et mūdatus est. Reuersusq ad virum dei cum vniuerso comitatu suo: venit et stetit coram eo: et ait. Uere scio q nō sit alius deus in vniuersa terra: nisi tantum deus israel. Deus vitam meam Gradua. annunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. V. Miserere mihi domine: quoniā cōculcauit me homo tota die bellans tribulauit me. Secundū lucam. iiij.

In illo tempore. Dixerunt pharisei ad hiesum. Quanta audiuimus a te facta in capharnaum: fac et hic in patria tua. Ait autem hiesus. Amē dico vobis: quia nemo ppheta acceptus est in patria sua In veritate dico vobis: multe vidue erant in diebus helye in israel quando clausum est celum: annis tribus: et mensibus sex. Cū facta esset fames magna in omni terra: et ad nullam illarū missus est helyas: nisi in sarepta sydonie ad mulierem viduam. Et multi leprosi erāt in israel sub helyseo propheta: et nemo eorum mundatus est nisi naaman syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira: hec audientes. Et surrexerunt et eiecerunt illum extra ciuitatem: et duxerunt illum vsq ad supercilium montis: super quem ci

nitas illorum erat edificata:
vt precipitarent eum. Ipse
autem transiens per mediū
illorum ibat. Offerto. Ex-
audi deus orationem meaz: ⁊ ne
despexeris deprecationem meā:
intēde in me et exaudi me. Sec.
Munꝰ quod tibi nostre ser-
uitutis domine offerimus:
tu salutare in nobis perfice
sacramentum Per dominū
Quis dabit ex syon Cōmūio.
salutare israel: cum auerterit do
minus captiuitatem plebis sue:
exultabit iacob et letabitur isrl.
Presta quesumꝰ Complē.
omnipotens et misericors
deus: vt que ore contingimꝰ
pura mente capiamus. Per
dn̄m nr̄m. Super populum
Conserua domine familiā
tuam bonis semper operibꝰ
eruditam: et sic presentibus
consolare subsidijs: vt ad su-
perna dona perducas propi
cius Per dn̄m. Feria tercia
Ego clamaui quoniam ex
audisti me: deus inclina
aurem tuā et exaudi verba mea:
custodi me domine vt pupillam
oculi: sub vmbra alarum tuaruz

protege me. ps. Exaudi domi-
ne iusticiam meam intende de-
precationem meam. Oratio.
Exaudi nos omnipo-
tens et misericors deꝰ
et continentie salutaris pro
picius nobis dona concede
Per dominū nostrū iesum.
Lectio libri .iiij. Regum .iiij.
In diebus illis. Muli-
er quedā clamabat ad
heliseum prophetam: dicēs:
Seruus tuus vir meꝰ mor-
tuus ē. Et tu nosti: quia ser-
uus tuus fuit timens deum.
Et ecce creditor venit vt tol-
lat duos filios meos ad ser-
uiendum sibi. Cui dixit heli
seus. Quid vis vt faciam ti-
bi? Dic mihi quid habes in
domo tua? At illa respōdit.
Non habeo ancilla tua quic
ꝙ in domo mea nisi parum
olei quo vngar. Cui ait. Va
de pete mutuo ab omnibꝰ vi-
cinis tuis vasa vacua nō pau
ca: et ingredere ⁊ claude osti
um tuuz: cū intrinsecꝰ fueris
tu et filij tui et mitte inde in
oīa vasa hec: ⁊ cuz plena fue-
rint tolles. Iuitqꝫ itaqꝫ mlr

et clausit hostium super se et super filios suos. Illi offerebant vasa: et illa infundebat. Cumqꝫ plena fuissent vasa: dixit ad filium suum. Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit Non habeo. Stetitqꝫ oleum. Venit autem illa: et indicauit homini dei. Et ille. Vade inquit vende oleuꝫ: et redde creditori tuo: tu autem et filij tui viuite de reliquo. Graduale. Ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Si mei non fuerint dominati: tunc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo. Secdꝫ Matheū. xviij.

In illo tempore. Respiciēs iesus in discipulos suos: dixit symoni petro. Si peccauerit in te frater tuus: vade et corripe eum inter te ⁊ ipsum soluꝫ. Si te audierit. Lucratus eris fratrem tuū. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnuꝫ vel duos: vt in ore duorū vel trium testium stet omne verbū. Qd si non audierit eos: dic ecclesie. Si autem ecclesiam nō audierit: sit tibi sicut ethnicus: et publicanus. Amen dico vobis quecunqꝫ alligaueritis super terram: erunt ligata ⁊ in celo: et quecunqꝫ solueritis super terram erūt soluta: et in celo. Iterū dico vobis: quia si duo ex vobis consenserint super terrā: de omni re quācunqꝫ petierit: fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. Tunc accedens petrus ad eum: dixit. Domine quotiens peccabit in me frater meus: et dimittam ei? Usqꝫ septies. Dicit illi iesus Non dico tibi vsqꝫ septies: sed vsqꝫ septuagiessepties.

Dextera domini Offertoriū fecit virtutem: dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuam: et narrabo opera domini.

Per hec quesumus Secre domine sacramenta perueniat nostre deuotionis affectus: qui nos ab humanis retrahat semper excessibus:

et ad salutaria cuncta perdu
cat. Per dñm. Comño. Do-
mine quis habitabit in taberna
culo tuo: aut quis requiescet in
mõte sancto tuo: qui ingreditur
sine macula et operatur iusticiã.
Sacris domine Complen.
mysterijs expiati: ꝛ veniam
ꝯsequamur ꝛ gratiam. Per
dominũ. Super populum.
Concede misericors deus:
vt deuotus tibi popul⁹ sem-
per existat et de tua clemen-
tia quod ei prosit indesinen-
ter obtineat. Per dominuz
nr̃m. Feria quarta Introi.
Ego autem in domino spe
raui: exultabo et letabor
in tua misericordia quia respexi-
sti humilitatez meam. ps. In te
domine speraui non confundar
in eternũ i iusticia tua libera me
Presta nobis Oratio.
quesumus domie: vt
salutaribus ieiunijs eruditi
a noxijs quoqꝫ vicijs absti-
nentes propiciationẽ tuam
facilius impetremus. Per
dñm. Lectõ libri Exodi.xx.
Hec dicit dominus de⁹
Honora patrem tuuz
et matrem tuam: vt sis lon-
geuus super terrã: quam do
minus deus tuus dabit tibi
Non occides: non mechabe
ris: non furtum facies: non
loquaris contra proximum
tuum falsum testimonium:
nõ ꝯcupisces domũ proximi
tui: nec desiderabis vxorem
eius: non seruum: non ancil
lam: non bouem: non asinũ
nec omnia que illius sunt.
Cunctus autez populus au-
diebat voces: et lampades:
et sonituz buccine: montem-
qꝫ fumantẽ: et perterriti: ac
pauore concussi: steterunt ꝑ
cul: dicentes moysi. Loque-
re tu nobis: ꝛ audiem⁹. Nõ
loquatur nobis domin⁹: ne
forte moriamur. Et ait moy
ses ad populum. Nolite ti-
mere. Ut eñ probaret vos
venit deus: et vt terror illi-
us esset in vobis: et non pec
caretis. Stetit qꝫ populus
de longe: moyses autem ac-
cessit ad caliginẽ in qua erat
deus. Dixitqꝫ preterea do-
minus ad moysen. Hec di-
ces filijs israel Vos vidistis

q̄ de celo locutus sim vobis Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi: et offeretis sup eo holocausta: et pacifica vestra: oues vestras: et boues in omni loco in quo memoria fuerit nomis mei. Grad. Miserere mihi domine quoniam infirmus sum sana me domine. ℣. Conturbata sunt omnia ossa mea: et anima mea turbata est valde. Scd̄m matheū. xv.

In illo tempore. Accesserunt ad iesum ab hierosolymis scribe et pharisei: dicētes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiões seniorum? Non enim lauāt manus suas cum panē mādūcant. Ipse autem respondens: ait illis. Quare ⁊ vos transgredimini mandatum dei propter traditionem vestraz? Nam deus dixit. Honora patrem tuū et matrem tuam: ⁊ qui maledixerit patri vel matri morte moriat. Vos autem dicitis: quicunq̄ dixerit patri vel matri munus quodcunq̄ est ex me tibi proderit: et non honorificabit patrem suum aut matrem suam: et irrituz fecistis mandatum dei propter traditionem vestraz. Ipocrite: bn̄ prophetauit de vobis ysaias: dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me: docentes doctrinas et mandata hominum. Et conuocatis ad se turb: dixit eis. Audite ⁊ intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominez: sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominē Tunc accedētes discipuli ei⁹ dixerunt ei. Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalisati sunt? At ille respondens: ait. Omnis plantatō quam non plantauit pater meus celestis eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt: ⁊ duces cecorū. Cecus autē si ceco ducatum prestet: ambo in foueaz cadunt Respondens autez petrus: dixit ei Edissere nobis parabolam istam.

At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat in ventrem vadit: et in secessum emittitur? Que autem procedunt de ore: de corde exeunt: et ea coinquinant hominē. De corde enim exeunt: cogitationes male: homicidia: adulteria: fornicatiões: furta: falsa testimonia: blasphemie. Hec sunt q̄ coinquinant hominē. Non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominē. Offerto. Domine fac mecum misericordiam tuam propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua. Secreta. Suscipe quesumus domine preces populi tui cum oblatōnibus hostiarum: et tua mysteria celebrantes ab omnibus nos defende periculis. Per dñm. Com. Notas mihi fecisti vias vite adimplebis me leticia cum vultu tuo domine. Complē. Sanctificet nos quesumus domine qua pasti sumus mēsa celestis: et a cunctis erroribus expiatos supernis promissionibus reddat acceptos Per dñm. Super populū. Concede quesum⁹ omnipotens deus: vt qui p̄tectionis tue gratiam querimus liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per do. Feria quīta.

Salus populi ego sum dicit domin⁹: de quacunque tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos: et ero illorum dominus imperpetuum. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestrā in verba oris mei. Oro. Da quesumus domine famulis tuis: vt sacro nos purificāte ieiunio: sinceris quoque mentibus ad tua sancta vētura facias peruenire. Per dominū nostrum. Lectō hieremie pphete. vij.

In diebus illis. Factū est verbum domini ad me: dicens. Sta in porta domus domini: et predica ibi verbum istud: et dic. Audite verbū dñi ois iuda: qui igredimini p̄ portas has: vt adoretis dominū Hec dicit domin⁹ exercituū:

deus israel Bonas facite vi
as vestras: et studia vestra:
et habitabo vobiscum in lo-
co isto. Nolite confidere in
verbis mendacij: dicentes:
templum domini: templum
domini: templū domini est.
Quoniam si benedixeritis
vias vestras: ⁊ studia vestra
si feceritis iudicium inter vi
rum et proximuz eius: adue-
ne: et pupillo ⁊ vidue non fe-
ceritis calumniam: nec san-
guinem innocentem effude
ritis in loco hoc: ⁊ post deos
alienos non ambulaueritis
in malum vobismetipsis: ha-
bitabo vobiscuz in loco isto.
in terra quaz dedi patribus
vestris a seculo ⁊ vsq; in secu
lum. Dicit dominus omīpo
tens. Grad. Oculi omnium
in te sperant domine: ⁊ tu das il-
lis escam in tempore oportuno.
℣. Aperis tu manum tuam: et
imples omne anīal benedictōne

Secūm Johannem vj.

In illo tempore. Dixit
ihesus turbis iudeorū. Ope
ramini cibum qui non perit
sed qui permanet i vitā eter-
nam: quē filius hominis da
bit vobis. Hunc enī pater si-
gnificauit deus. Dixerūt er-
go ad eum. Quid faciemꝰ vt
operemur opera dei? Respō
dit iesus: ⁊ dixit eis. Hoc est
opus dei vt credatis in eum
quem misit ille. Dixerūt er-
go ei. Quod ergo facis tu si
gnum vt videamus et creda
mus tibi? Quid ergo opera-
ris? Patres nostri mandu-
cauerūt manna in deserto si
cut scriptum est. Panem de
celo dedit eis māducare. Di
xit ergo eis ihs. Amē amē
dico vobis. Non moyses de
dit vobis panem de celo: sed
pater meus dat vobis panē
de celo verum. Panis enim
dei est qui descendit de celo:
et dat vitam mūdo. Dixerūt
ergo ad eum. Domine sem-
per da nobis panē hunc. Di
xit autem eis. Ego sum pa-
nis vite Qui venit ad me nō
esuriet: ⁊ qui credit in me nō
sitiet vnq̄. Offerto. Si am-
bulauero in medio tribulatōnis
viuificabis me domine: et super
iram inimicorum meorum ex-

rendes manū tuam: et saluū me
fecit dextera tua. Secre. O e⁹
de cuius gratie rore descēdit
vt ad mysteria tua purgatis
mentib⁹ accedamus: presta
quesumus: vt in eorū tradi-
tione solemniter immolan-
da tibi competens defera-
mus obsequium. Per. dñm
Tu mādasti mandata Cōmō
tua custodire nimis: vtinā dirigā
tur vie mee ad custodiēdas iustifi
catōes tuas. Compl. Sacra-
menti tui dñe venerāda per
ceptio: ⁊ mystico nos emun-
det effectu: ⁊ perpetua virtu-
te defendat. P. Sup pplm
Subiectū tibi poplm q̄sum⁹
dñe ꝓpiciatō celestis ampli-
ficet: ⁊ tuis faciat semper in-
herere mandatis. Per dñm
nostrū. Feria sexta Introi.
Fac mecū dñe signū in bo-
no vt videāt qui me oderūt
et cōfundātur: quoniā tu dñe ad
iuuisti me ⁊ cōsolatus es me. ps.
Inclina dñe aurē tuam: ⁊ exaudi
me: q̄m inops: ⁊ pauper sū ego.
Ieiunia nostra Oratō
quesumus domine be-
nigno fauore prosequere: vt
sicut ab alimētis abstinem⁹
in corpore: ita a vicijs ieiune
mus in mēte. P. Lectō libri
In diebus numeri. xx.
illis. Cōuenerunt filij
israel aduersum moysen: et
aaron: ⁊ versi in seditiōe: di
xerunt. Da nobis aquā vt
bibamus. Ingressusq; moy
ses: ⁊ aaron: dimissa multitu
dine ante tabernaculū fede-
ris: corruerūt proni in terrā:
clamaueruntq; ad dominū:
atq; dixerunt. Domine de⁹
exaudi clamorē populi hui⁹
et aperi eis thesaurum tuū
fontem aque viue: vt saciati
cesset murmuratio eorū. Et
apparuit gloria dñi sup eos.
Locutusq; est dñs ad moy-
sen: dicēs Tolle virgā ⁊ con-
grega pplm tu et aaron fra-
ter tuus: et loquimini ad pe-
tram coram eis: et illa dabit
aquas. Cūq; eduxeris aquā
de petra: bibet omnis multi
tudo et iumenta eius. Tulit
igit moyses virgā que erat
in conspectu domini sicut p̄-
ceperat ei. Et ꝯgregata mul
titudine ante petrā: dixit eis

Audite rebelles ⁊ increduli
Nunq̇d de petra hac vobis
aquã poterim⁹ eijcere? Cũq̃
eleuasset moyses manũ per-
cutiẽs virga bis silicẽ egres-
se sũt aque largissime: ita vt
populus biberet ⁊ iumenta.
Dixitq̃ domin⁹ ad moysen
⁊ aarõ. Quia nõ credidistis
mihi vt sctificaretis me corã
filijs israel: nõ introducetis
hos pplos in terrã quaz da-
bo eis. Hec est aqua ɔtradi-
ctionis: vbi iurgati sunt filij
isrl' cõtra dñm: ⁊ scificatus ẽ
in eis. Gra. In deo sperauit
cor meũ: ⁊ adiutus suz: ⁊ refloruit
caro mea: ⁊ ex volũtate mea con-
fitebor illi. ℣. Ad te dñe clama-
ui: deus meus ne sileas: ne disce-
das a me. Scdm Johem. iiij.

In illo tpe. Uenit iesus
in ciuitatez samarie q̃
dicitur sychar: iuxta prediuz
quod ddit iacob ioseph filio
suo. Erat aũt ibi fons iacob
Jhesus aũt fatigat⁹ ex itine-
re: sedebat sic sup̃ fontẽ. Ho-
ra autẽ erat quasi sexta. Ue-
nit mulier de samaria hauri-
re aquaz. Dicit ei iesus. Da
mihi bibere. Discipli eñi ei⁹
abierant in ciuitatem vt ci-
bos emerẽt. Dicit ḡ ei muli-
er illa samaritana. Quomõ
tu iudeus cũ sis bibere a me
poscis: que suz mulier sama-
ritana? Nõ eñi coutũtur iu-
dei samaritanis. Rñdit ihs:
et dixit ei. Si scires donum
dei: et quis ẽ qui dicit tibi da
mihi bibere? tu forsitã petis-
ses ab eo: ⁊ dedissz tibi aquã
viuã. Dicit ei mulier. Dñe
neq̃ in quo haurias habes:
⁊ puteus altus est. Unñ ergo
habes aquã viuã? nunq̇d tu
maior es patre nostro iacob
qui dedit nob puteũ: ⁊ ip̃e ex
eo bibit: ⁊ filij ei⁹: ⁊ pecora ei⁹
Rñdit iesus ⁊ dixit ei. Ois q̇
bibit ex aqua hac sitiet iterũ
Qui aũt biberit ex aq̃ quam
ego dabo ei nõ sitiet ineter-
num. Sz aqua quã ego da-
bo ei fiet i eo fons aque sali-
entis i vitam eternã. Dicit
ad eũ mulier. Dñe da mihi
hãc aquã: vt nõ sitiã neq̃ ve-
niaz huc haurire. Dixit ei ie-
sus Uade voca virũ tuũ: ⁊ ve-
ni huc. Rñdit mulier: ⁊ dixit

Nō habeo virū Dicit ei ihs.
Bene dixisti: q2 non habeo
virū. Quinqꝫ em̄ viros habui
sti: et nūc quē habes non est
tuus vir. Hoc vere dixisti Di-
cit ei mulier. Dn̄e: video q̄a
pphēta es tu. Patres nr̄i in
mōte hoc adorauerūt: ⁊ vos
dicitis q2 hierosolymis ē lo-
cus vbi adorare oportet Di
cit ei hiesus. Mulier. Crede
mihi: q2 veniet hora qn̄ neqꝫ
in mōte hoc: neqꝫ in hieroso
lymis adorabitis prēz Vos
adoratis quod nescitis: nos
adoram⁹ qđ scimus: q2 salus
ex iudeis ē. Sed venit hora
⁊ nūc est: qn̄ veri adoratores
adorabūt patrē in spū: ⁊ veri
tate Nā ⁊ pater tales querit
qui adorēt eū. Spūs est de⁹:
⁊ eos qui adorāt eum: in spi-
ritu: ⁊ veritate oportet ado-
rare. Dic̄ ei mulier. Scio q2
messias venit: qui dicit̄ xp̄s
Cū ergo venerit: ille nob̄ an
nūciabit oīa. Dicit ei iesus.
Ego sum: qui loquor tecum
Et ꝯtinuo venerūt discipuli
ei⁹: ⁊ mirabant̄ q2 cū muliere
loquebatur. Nemo tn̄ dixit:
quid queris: aut quid loque
ris cū ea? Reliquit ergo ydri
am suā mulier: ⁊ abijt in ciui
tatē: ⁊ dicit illis hoībus Ve-
nite ⁊ videte hoīem qui dixit
mihi oīa quecūqꝫ feci. Nūqd
ipse est xp̄s? Exierūt ergo de
ciuitate ⁊ veniebāt ad eum.
Interea rogabāt eū discipu
li: dicētes. Rabbi manduca.
Ille aūt: dixit eis. Ego cibū
habeo māducare quem vos
nescitis. Dicebāt ergo disci
puli ad inuicē. Nunqd aliqs
attulit ei manducare? Dicit
eis iesus. Meus cibus ē: vt
faciam voluntatē ei⁹ qui mi
sit me: vt perficiā opus eius.
Nonne vos dicitis q̄ adhuc
quatuor mēses sunt: ⁊ messis
venit? Ecce dico vob: leuate
oculos vr̄os: ⁊ videte regio-
nes: q2 albe sunt iam ad mes-
sem Et qui metit mercedem
accipit: ⁊ ꝯgregat fructuz in
vitam eternā: vt et qui semi-
nat simul gaudeat: ⁊ qui me
tit. In hoc em̄ est verbū verū
q2 alius ē qui seminat: ⁊ ali⁹
qui metit. Ego misi vos me
tere: qđ vos non laborastis.

Alii laborauerūt: et vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate aūt illa multi crediderunt in eū samaritanorum propter verbū mulieris testimoniū phibentis: quia dixit mihi omnia quecunqz feci. Cū venissent ergo ad illū samaritani: rogauerūt eū vt ibi maneret. Et māsit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eū ꝓpter sermonē eius Et mulieri dicebāt: quia iaz nō ꝓpter tuā loquelā credimus Ipsi eñ audiuimus et scimus: quia hic ē vere saluator mundi Intēde voci orōnis Offerto. mee rex meus et deus meus: quoniam ad te orabo dñe. Secr. Respice dñe propicius ad munera que sacramus: vt et tibi grata sint et nobis salutaria semper existāt. Per. Com. Qui biberit aquā quā ego dabo ei dicit dñs: fiet in eo fons aque saliētis in vitā eternā. Compl. Huius dñe perceptō sacramēti nos mundet a crimine: et ad celestia regna perducat. Per dñz. Presta quesu- Sup ppłm. mus omnipotēs deus: vt qui in tua protectōne confidimus cuncta nobis aduersantia te adiuuante vincamus Per.

Verba Sabbato Intr. mea auribus percipe dñe intellige clamorē meum: intēde voci orōnis mee. ps. Rex meus et deus meus. Oratio. Presta quesumus omnipotens deus: vt dignitas conditionis humane per immoderantiā sauciata: medicinalis parsimonie studio reformetur. Per. Lectō danielis In diebus ꝓphete. xiii. illis Erat vir in babilone: et nomen eius ioachim: et accepit vxorem noīe susannam: filiā helchie: pulcrā nimis: et timentē deū. Parentes eñ illius cuz essent iusti: erudierūt filiam suā scdm legē moysi. Erat aūt ioachim diues valde: et erat ei pomerium vicinū domui sue: et ad ipsum cōfluebāt iudei: eo quod esset honorabilior omnium. Et cōstituti sunt duo senes iudices i illo anno: de quibus locutus ē dñs: quia egressa est iniquitas de babilone a

seniorib⁹ iudicibus qui vide
bātur regere populum. Isti
frequētabāt domū ioachim
ꝛ veniebāt ad eos oīes qui
habebāt iudicia. Cū aūt po-
pulus reuertisset post meri-
diem: ingrediebat susanna
ꝛ deambulabat in pomerio
viri sui. Et videbāt eā senes
quottidie ingredientē ꝛ de-
ambulantē: ꝛ exarserūt i cō-
cupiscētiam ei⁹: et euerterūt
sensum suū: ꝛ declinauerunt
oculos suos vt nō viderēt ce
lum: neqꝫ recordarētur iudi
cioꝝ iustoꝝ. Factū est autē
cum obseruarent diē aptum
quādo eā possent inuenire
solam. Ingressa est aliquā-
do sicut heri ꝛ nudiustertius
cū duabus solis puellis: vo
luitqꝫ lauari i pomerio Est⁹
quippe erat et nō erat ibi q̄s-
q̄ preter duos senes abscon
ditos ꝛ ꝯtemplantes eā Di
xit ergo puellis Afferte mi-
hi oleum et smigmata: ꝛ ho-
stia pomerij claudite vt la-
uer Cū aūt essent egresse pu-
elle: surrexerūt duo senes: ꝛ
accurrerūt ad eam: ꝛ dixerūt

Ecce hostia pomerij clausa
sunt et nemo nos videt: ꝛ in
cōcupiscentia tui sum⁹ Quā
obrem assentire nobis: ꝛ cō-
miscere nobiscū Quod si no
lueris dicem⁹ contra te testi
moniū q̄ fuerit tecum iuue-
nis: ꝛ ob hanc causam emise
ris puellas a te. Ingemuit
susanna: ꝛ ait. Angustie mi
hi sunt vndiqꝫ. Si enim hoc
egero mors mihi est: si autē
nō egero nō effugiā man⁹
vestras Sed melius ē mihi
absqꝫ opere incidere i man⁹
vestras: q̄ peccare i ꝯspectu
domini. Et exclamauit vo-
ce magna susanna: exclama
uerūt autē ꝛ senes aduersus
eam. Cū ergo audissent cla-
morē in pomerio famuli do
mus: irruerūt per posticū vt
viderēt quidnā esset. Post-
q̄ autē senes locuti sunt: eru
buerūt serui vehementer: qꝛ
nūq̄ dictus fuerat sermo hu
iuscemōi de susanna. Et fa-
cta est dies crastina. Cumqꝫ
venisset popul⁹ ad virū eius
ioachim: venerūt et duo pre-
sbiteri pleni iniqua cogita-

tōne aduersus susannam vt
interficerēt eam. Et dixerūt
corā populo. Mittite ad su-
sannā filiam helchie vxorez
ioachim. Et statim miserūt.
Et venit cum parentibus: ⁊
filijs: et vniuersis cognatis
suis. Flebāt igitur sui: ⁊ oēs
qui nouerāt eam. Cōsurgē-
tes autē duo presbiteri i me-
dio populi: posuerūt manus
suas super caput eius. Que
flens suspexit in celuz. Erat
eñi cor eius fiduciā habēs in
domino. Et dixerūt presbi-
teri. Cū deambularemꝰ i po
merio soli. Ingressa est hec
cum duabus puellis: ⁊ clau-
sit hostia pomerij ⁊ dimisit a
se puellas. Venitq̄ʒ ad eam
adolescēs qui erat abscōditꝰ
⁊ cōcubuit cū ea. Porro nos
cū essemus in angulo pome-
rij vidētes iniquitatē cucur
rimus ad eos: ⁊ vidimꝰ eos
pariter ꝯmisceri Et illū qui-
dem nō quiuimus cōprehē-
dere quia fortior nobis erat
⁊ apto hostio exiliuit. Hanc
autem cū apprehēdissemꝰ in
terrogauimꝰ quisnam esset

adolescēs et noluit indicare
nobis. Huiꝰ rei testes sumꝰ.
Credidit eis mltitudo qua-
si senibus ⁊ iudicibꝰ populi:
⁊ ꝯdemnauerūt eaz ad mor-
tem Exclamauit autez voce
magna susanna: ⁊ dixit Deꝰ
eterne qui absconditorū es
cognitor: q̄ nosti oia anteq̄
fiant: tu scis quoniā falsum
testimoniū tulerūt cōtra me
⁊ ecce morior cum nihil hoꝝ
fecerim que isti maliciosi cō
posuerūt aduersum me. Ex-
audiuit autē dominꝰ vocem
eius. Cumq̄ʒ duceret̄ ad mor
tem suscitauit dn̄s spiritum
pueri iunioris cuius nomē
daniel. Et exclamauit voce
magna. Mūdus ego sum a
sanguine huiꝰ. Et cōuersus
omnis populus ad eū: dixit.
Quis ē iste s̄mo quē tu locu
tus es? Qui cū staret in me-
dio eoꝝ: ait. Sic fatui filij
isrl̄ nō iudicātes neq̄ʒ quod
verū est cognoscētes cōdem
nastis filiam israel. Reuerti
mini ad iudiciū quia falsum
testimonium locuti sunt ad
uersus eam. Reuersus est ḡ

populus cũ festinatione. Et
dixit ad eos daniel. Sepate
illos abinuicē ꝓcul: ⁊ dijudi
cabo eos. Cum ergo diuisi
essent alter ab altero: voca-
uit vnũ de eis: ⁊ dixit ad euz.
Inueterate dierꝫ malorum:
nũc venerũt peccata tua que
operabaris prius: iudicans
iudicia iĩusta: innocētes op-
primēs: ⁊ dimittēs noxios:
dicente dño. Innocentem ⁊
iustũ nõ interficies. Nũc er-
go si vidisti eam: dic sub qua
arbore videris eos colloquē-
tes sibi. Qui ait. Sub cyno
Dixit aũt daniel. Recte mē-
titus es in caput tuum Ecce
eñi angelus dñi accepta sen-
tentia ab eo scindet te medi-
um Et amoto eo iussit veni-
re aliũ: ⁊ dixit ei. Semē cha-
naan ⁊ nõ iuda spēs decepit
te: ⁊ cõcupiscentia subuertit
cor tuũ. Sic faciebatis filia-
bus israel: et ille timētes lo-
quebantur vobis: sed non fi-
lia iuda sustinuit iniquitatē
vestram. Nũc ergo dic mihi
sub qua arbore ꝯprehēderis
eos loquētes sibi. Qui ait.
Sub prino. Dixit aũt ei da-
niel. Recte mentitus es ⁊ tu
in caput tuũ. Manet eñi an-
gelus dei gladiũ habens vt
secet te mediuz et interficiat
vos Exclamauit itaqꝫ oñis
cetus voce magna: ⁊ benedi
xerũt deum qui saluat sperā-
tes in se. Et cõsurrexerũt ad
uersus duos ꝑsbiteros. Cõ-
uicerat eñi eos daniel ex ore
suo: falsuz dixisse testimoniũ
Fecerũtqꝫ eis sicut male ege
rāt aduersus proximam: et in-
terfecerũt eos. Et saluatus
est sanguis innoxius in die
illa. Grad. Si ambulem in me-
dio vmbre mortis non timebo
mala: quoniaꝫ tu mecum es dñe.
℣. Virga tua ⁊ baculꝰ tuus ipsa
me consolata sunt. Scdm Jo
hannē. viij.
In illo tpe. Perrexit iesus in mō-
tem oliueti: ⁊ diluculo iterũ
venit in templum: ⁊ omnis
populus venit ad eum: et se-
dens docebat eos Adducũt
autem scribe ⁊ pharisei muli
erem deprehensam in adul-
terio: ⁊ statuerũt eam in me
dio: ⁊ dixerunt ei Magister:

hec mulier mō deprehēsa est in adulterio. In lege autem moyses mādauit nob̄ huiusmōi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc aūt dicebant ten tantes eum: vt possent accusare eum. Jesus autem incli nans se deorsum: digito scri bebat in terra. Cū ergo pseuerarēt interrogātes eū: ere xit se: ꝛ dixit eis. Qui sine pec cato ē vestrū: primus in illaz lapidē mittat. Et iterū se inclinās scribebat in terra Audientes aūt hec vnꝰ post vnū exibant incipiētes a senioribus: et remāsit iesus solus ꝛ mulier in medio stans. Erigens autem se iesus: dixit ei. Mulier: vbi sunt qui te accu sabāt? Nemo te cōdēnauit? Que dixit. Nemo dn̄e. Dixit autē iesus. Nec ego te cō demnabo. Uade et iam amplius noli peccare. Offerto. Gressus meos dirige dn̄e scd̄m eloquiū tuū: vt non dn̄etur omīs in iusticia dn̄e. Secre. Conce de quesumꝰ omnipotēs deꝰ: vt huius sacrificij munꝰ oblatum: fragilitatē nostrā ab omni malo purget semper ꝛ muniat. Per. Com. Nemo te cōdemnauit mulier: nemo domine: nec ego te ꝯdemnabo iam amplius noli peccare. Compl. Quesumus omnipotens deꝰ vt inter eius membra cōnumeremur: cuius corpori cōmunicauimꝰ ꝛ sanguini. P. Pretende dn̄e Supplem. fidelibꝰ tuis dexterā celestis auxilij: vt te toto corde pquirant: et que digne postulant: ꝯsequi mereantur. Per do.

Dominica quarta Introi.

Letare hierusalem cōuentum facite oēs qui diligitis eā: gaudete cū leticia qui i tristicia fuistis: vt exultetis: ꝛ satiemini ab vberibus ꝯsolatōis vr̄e. ps. Letatus sum in hijs q̄ dicta sunt mihi in domū domini ibimꝰ Concede quesumus omnipotēs deus: Oro. vt qui ex merito nostre actōnis affligimur: tue gratie cōsolatione respiremus. Per. Frēs. Ad galathas. iiij. Scriptum est quoniā abrahaz duos filios habuit: vnum de ancilla: ꝛ vnum de

libera. Sed q̄ de ancilla: sm̄
carnē natus est. Qui aūt de
libera: per repromissionem.
Que sunt ꝑ allegoriā dicta.
Hec eñ sunt duo testamēta
Unū quidē in mōte syna in
ꝟuitutē generās: que ē agar
Syna eñ mōs est in arabia
qui cōiunctus ē ei: que nunc
est hierusalē: ⁊ seruit cū filijs
suis. Illa aūt q̄ sursum ē hie-
rusalē libera ē: q̄ est mat' nr̄a
Scriptū est eñ. Letare ste-
rilis que nō paris: erumpe ⁊
clama que nō parturis: quia
multi filij deſte: magis q̄ ei⁹
que habz virū. Nos aūt frēs
scd̄m ysaac ꝓmissiōis filij su-
mus. Sed quomō tunc qui
scd̄m carnē natus fuerat? ꝑ-
sequebat' eū qui scd̄m spiri-
tum: ita ⁊ nūc. Sed quid di-
cit scriptura? Eijce ancillā: ⁊
filium ei⁹. Nō eñ heres erit
filius ancille: cū filio libere.
Itaq̄ fratres nō sumus an-
cille filij: ſz libere. Qua liber
tate xp̄s nos liberauit. Gra
Letatus sum in hijs que dicta
sunt mihi in domū dñi ibim⁹. ℟.
Fiat pax in virtute tua et abun-
dantia in turrib⁹ tuis. Tract⁹.
Qui cōfidūt in dñō: sicut mons
syon nō cōmouebitur in eternū
qui habitat i hierusalē. ℣. Mon
tes in circuitu eius: ⁊ dñs in cir-
cuitu populi sui ex hoc nūc ⁊ vsq̄
in seculum. Scd̄m iohem. vj
In illo tempore. Abijt
iesus trans mare gali-
lee: qđ est tyberiadis. Et se-
quebatur eū multitudo ma-
gna: q2 videbāt signa que fa
ciebat super his qui infirma
bātur. Subijt ergo i montē
iesus ⁊ ibi sedebat cū discipu
lis suis. Erat autē primum
pascha: dies festus iudeorū.
Diuisio. Cum subleuass3 ḡ
oculos iesus: et vidisset quia
multitudo maxima venit ad
eū: dicit ad philippū Unde
emem⁹ panes vt manducēt
hij. Hoc aūt dicebat tentās
eū. Ipse eñ sciebat quid ess3
facturus. Respōdit ei philip
pus. Ducentorū denariorū
panes non sufficiunt eis: vt
vnusquisq̄ modicū quid ac-
cipiat. Dicit ei vnus ex disci
pulis eius: andreas frater sy
monis petri. Est puer vnus

hic: qui habet quinqꝫ panes
ordeaceos: ⁊ duos pisces. Sz
hec quid inter tãtos? Dicit
ergo iesus. Facite homines
discũbere. Erat autẽ fenum
multũ in loco. Discubuerũt
aũt ergo viri numero: quasi
quinqꝫ milia. Accepit ergo
iesus panes: ⁊ cũ grãs egisſ
distribuit discũbentibꝰ. Si-
militer ⁊ ex piscibus quantũ
volebant. Ut autem impleti
sunt: dixit discipłis suis Col
ligite q̃ superauerũt fragmẽ
ta ne pereant. Collegerũt er
go et impleuerũt duodecim
cophinos fragmẽtorum: ex
quinqꝫ panibus hordeaceis ⁊
duobꝰ piscibus: que superfu-
erũt hijs qui manducauerãt
Illi ergo homines cũ vidis-
sent ꝙ fecerat signũ: dicebãt.
Quia hic est vere propheta:
qui venturus est in mundũ.
Laudate dominũ q̃a **Offert.**
benignꝰ est: psallite nomini eius
quoniã suaue est: omnia quecũqꝫ
voluit fecit in celo et in terra.
Suscipe dñe sacrifi- **Secre.**
cium cuiꝰ te voluisti dignan-
ter imolatõne placari: ⁊ pre-
sta q̃s: vt huius operatiõe
mundati: bñplacitũ tibi nr̃e
mentis offeramꝰ affectũ. P.
Hierusalẽ que edificat᷑ **Com.**
vt ciuitas cuius participatio eiꝰ
in idipsum: illuc eñi ascẽderũt tri
bus: tribus domini ad ꝯfitendũ
nomini tuo dñe. **Compl.** O a
nob misericors deus vt scta
tua quibus icessanter exple-
mur: sinceris tractemus ob-
sequijs: et fideli mente sem-
per sumamꝰ. P. **Feria scda.**
Deus in nomine tuo saluũ
me fac: ⁊ in virtute tua iu
dica me: deus exaudi orõez meã
ps. Quoniã alieni insurrexerũt
aduersum me: ⁊ fortes quesierũt
animaz meam. **Oratio.**
Presta quesumus om-
nipotens deus: vt obseruati
ones sacras annua deuotio
ne recolentes: ⁊ corpore tibi
placeamus: ⁊ mẽte. Per do.
Lectio libri. iij. Regum. iij.
In diebus illis. Uene-
rũt due mulieres mere
trices ad regẽ salomonẽ: ste
terũtqꝫ coraz eo. Quaꝝ vna
ait: obsecro mi domine: ego
⁊ mulier hec: habitabamꝰ in

domo vna: ꝛ peperi apud eã in cubiculo. Tercia autẽ die postq̃ ego peperi: peperit et hec. Et eram⁹ simul: nullusq̃ alius nobiscũ in domo: exceptis nobis duabus Mortuus est autẽ filius mulieris hui⁹ nocte. Dormiẽs quippe oppressit eũ. Et ꝯsurgẽs intẽpeste noctis silẽtio: tulit filiũ meũ de latere meo (ancille tue dormiẽtis) et collocauit in sinu suo: suum autẽ filium qui erat mortuus posuit in sinu meo. Cunq̃ surrexissem mane vt darem lac filio meo apparuit mortuus Quẽ diligenti⁹ intuẽs clara luce: deprehẽdi non esse meũ quẽ genueram. Respõditq̃ altera mulier. Non est ita: sꝫ fili⁹ tuus mortuus est: meus autem viuit. Ecõtrario illa dicebat. Mẽtiris. Fili⁹ quippe meus viuit: et filius tuus mortuus ẽ. Atq̃ in hũc modum contẽdebant corã rege Tũc rex ait. Hec dicit filius meus viuit: ꝛ fili⁹ tuus mortuus ẽ: ꝛ ista rñdet nõ: sꝫ fili⁹ tuus mortuus ẽ: ꝛ fili⁹ meus viuit. Dixit ergo rex. Afferte mihi gladium. Cunq̃ attulissent gladiũ corã rege: ait. Diuidite inquit infantẽ viuũ ĩ duas partes: ꝛ date dimidiam partem vni: ꝛ dimidiam partẽ alteri. Dixit aũt mulier cui⁹ filius erat viuus ad regẽ (cõmota sunt quippe viscera ei⁹ super filio suo) Obsecro domine. Date illi infantẽ viuũ ꝛ nolite interficere eũ. Ecõtrario illa dicebat. Nec mihi nec tibi sit: sed diuidat. Respõdit rex: ꝛ ait. Date huic ĩfantẽ viuũ et nõ occidatur Hec est eñ mater eius. Audiuit itaq̃ oĩs israel iudicium quod iudicasset rex: ꝛ timuerũt regem: vidẽtes sapientiam dei esse in eo ad faciendũ iudiciũ. Grad.

Esto mihi in deum ꝓtectorem ꝛ in locũ refugij vt saluum me facias. ℣. Deus ĩ te speraui: domine nõ ꝯfundar in eternũ. Scdꝫ

In illo tpe. iohãnẽ. ij. Prope erat pascha iudeorũ: et ascendit iesus hierosolymam: et inuenit in tẽplo vendẽtes: oues: ꝛ boues

et columbas: et nũmularios sedẽtes: et cum fecisset quasi flagellũ de funiculis: omnes eiecit de templo. Oues quoque et boues: et nũmulariorũ effudit es: et mensas subuertit. Et his qui colũbas vẽdebãt dixit. Auferte ista hinc: et nolite facere domũ patris mei domũ negociatiõis. Recordati sunt vero discipuli eius quia scriptum est. Zelus domus tue comedit me. Responderunt ergo iudei: et dixerũt ei. Quod signũ ostẽdis nobis: quia hec facis? Respõdit iesus: et dixit eis. Soluite templũ hoc: et in tribus diebus excitabo illud. Dixerũt ergo iudei Quadragita et sex annis edificatũ est hoc templũ: et tu in tribus diebus excitabis illd. Ille autẽ dicebat de templo corporis sui. Cũ ergo resurrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat de templo corporis sui: et crediderũt scripture: et sermoni quẽ dixit iesus. Cũ aũt esset hierosolymis in pascha in die festo multi crediderũt in noĩe eius videntes signa eius que faciebat. Ipse aũt iesus nõ credebat semetipsum eis eo quod ipse nosset omnes: et quia opus ei nõ erat vt quis testimoniũ perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in hoĩe. Offer. Iubilate deo oĩs terra: iubilate deo oĩs terra: seruite dño in leticia: intrate in cõspectu eius in exultatõe: quia dñs ipse est deus. Secre. Oblatum sacrificium quesumus dñe viuificet nos semper et muniat. Per. Commo. Ab occultis meis mũda me domine: et ab alienis parce seruo tuo. Compl. Sumptis domine salutaribus sacramẽtis: ad redemptionis eterne quesumus proficiamus augmentum. Per do. Sup populũ. Tueatur quesumus domine dextera tua: populũ tuum deprecãtem: et purificatum dignanter erudiat: vt consolatõne presenti ad futura bona proficiat. Per. Feria tercia.

Exaudi deus orõnem meã et ne despexeris deprecationem meã: intẽde in me et exaudi

me. ps. Cōtristatus sum in exercitatōe mea: ⁊ ɔturbatus sum a voce inimici: ⁊ a tribulatōe peccatoris. Oratio

Sacre nobis quesumus dn̄e obseruatōnis ieiunia: et pie cōuersatōnis augmentū: et tue ppiciatōis ɔtinuum prestent auxiliū. P. Lectō libri Exodi.xxxij.

In dieb⁹ illis. Locutus est dn̄s ad moysen: dicēs. Descēde de monte q: peccauit popul⁹ tuus quem eduxisti de terra egypti. Recesserūt cito d via quā ostēdisti eis. Feceruntq sibi vitulū ɔflatilem ⁊ adorauerūt atq immolātes ei hostias: dixerunt. Isti sunt dij tui israel qui te eduxerūt de terra egypti. Rursum q ait dn̄s ad moysen Cerno q populus iste dure ceruicis sit. Dimitte me vt irascatur furor meus cōtra eos ⁊ deleaz eos: faciamq te in gentem magnā. Moyses autem orabat dn̄m deum suum: dicēs. Cur dn̄e irascitur furor tuus cōtra ppl'm tuum quē eduxisti de terra egypti: in fortitudine magna: et in manu robusta? Ne q̄so dicāt egyptij: callide eduxit eos: vt interficeret in mōtibus: ⁊ deleret e terra Quiescat ira tua: ⁊ esto placabilis sup nequicia ppli tui. Recordare abrahā ⁊ ysaac ⁊ israel seruorꝝ tuorū: quibus iurasti per temetip̄m: dicens. Multiplicabo semē vestrum sicut stellas celi: ⁊ vniuersam terram hanc de qua locutus sum dabo semini vestro: ⁊ possidebitis eā semp. Placatusq est dn̄s: ne faceret malū quod locutus fuerat. Et misert⁹ ē populo suo dominus deus noster. Gra

Exurge dn̄e: fer opem nob: ⁊ libera nos pp̄ter nomē tuum. V. Deus aurib⁹ nr̄is audiuim⁹: patres nr̄i annūciauerūt nob: op⁹ qd operatus es in dieb⁹ eorꝝ: ⁊ in diebus antiquis. Scdm Iohannē.vij.

In illo tpe. Iam die festo mediante: ascendit iesus in templū: ⁊ docebat. Et mirabātur iudei: dicētes. Quomodo hic lr̄as scit cū nō didicerit? Respōdit eis ih̄s: ⁊ dixit. Mea

Feria tertia post Letare.

doctrina non est mea: sed eiꝰ
qui misit me. Si quis volue
rit volũtatem eius facere: co
gnoscet de doctrina: vtrũ ex
deo sit: an ego a meipso lo-
quor? Qui a semetipso loqui
tur: gloriam ꝓpriam querit
Qui autẽ querit gloriã eius
qui misit eum: hic verax est:
ꝛ iniusticia in illo nõ ẽ. Nõ-
ne moyses dedit vobis legẽ
Et nemo ex vobis facit legẽ
Quid me queritis interfice
re? Respondit turba: ꝛ dixit.
demonium habes. Quis te
querit interficere? Respõdit
iesus: ꝛ dixit eis. Unũ opus
feci ꝛ omẽs miramini. Pro-
pterea moyses dedit vobꝭ cir
cumcisionẽ: nõ quia ex moy
se est: sed ex patribus. Et in
sabbato circũciditis hoiem.
Si circumcisionẽ accipit ho
mo in sabbato vt non solua-
tur lex moysi: mihi indigna-
mini quia totum hominẽ sa
num feci in sabbato. Nolite
iudicare scđm faciẽ: sꝫ iustũ
iudicium iudicate. Dicebãt
ergo quidã ex hierosolymis
Nõne hic est quem querunt
interficere? Ecce palã loqui
tur: ꝛ nihil ei dicũt? Nũquid
vere cognouerũt principes
quia hic est cristus? Sꝫ hũc
scimus vnde sit: cristus autẽ
cum venerit: nemo scit vnde
sit. Clamabat ergo iesus in
templo docens: et dicẽs. Et
me scitis: ꝛ vnde sim scitis: ꝛ
a meipso non veni: sed est ve
rus qui misit me quem vos
nescitis. Ego scio eum: et si
dixero quia nescio eum: ero
similis vobis mendax Sed
scio eum quia ab ipso sum: ꝛ
ipse me misit. Querebant er
go eũ apprehẽdere: et nemo
misit in illum manus: qꝛ nõ
dum venerat hora eius. De
turba autẽ multi crediderũt
in eum. Offer. Expectãs ex
pectaui dominũ ꝛ respexit me: ꝛ
exaudiuit deprecatiõem meã: et
immisit in os meũ canticũ nouũ
hymnũ deo nr̃o. Secre. Hec
hostia dñe quesumus emun
det nostra delicta: ꝛ ad sacri-
ficiũ celebrandum subditoꝝ
tibi corpora menteſqꝫ sancti
ficet. Per dominũ. Cōmo.
Letabimur in salutari tuo ꝛ in

nomine dñi dei nostri magnifi-
cabimur. Compl. Qui nos
domine perceptio sacramẽ-
ti mũdet a crimine: ⁊ ad cele
stia regna pducat. Per dñz.
Miserere que- Sup pplm.
sumus dñe populo tuo: ⁊ cõ-
tinuis tribulatõib⁹ laboran
tem ppicius respirare cõce-
de. Per dñm. Feria quarta
DUm sanctificatus fuero
in vobis: cõgregabo vos
de vniuersis terris: ⁊ effundã su-
per vos aquã mundã: ⁊ mũdabi-
mini ab omnibus inquinamẽtis
vr̃is: ⁊ dabo vobis spiritũ nouũ.
Ps. Benedicam dominũ in omni
tempore; semper laus ei⁹ in ore
meo. Orem⁹. Flectam⁹ ge.
OMps sempi Leuate.
terne de⁹: qui ⁊ iustis
premia meritorum: et peccato-
ribus per ieiuniũ veniã pre-
bes miserere supplicib⁹ tuis
vt reat⁹ nostri cõfessio indul
gẽtiam valeat percipere de-
lictorum. Per. Lcõ ezechielis
HEc dicit pphete. xxxvj
dñs deus. Sctificabo
nomẽ meũ magnũ vt sciant
gẽtes qꝛ ego dñs: cũ sanctifi
catus fuero in vob corã eis.
Tollam quippe vos de gen-
tibus: ⁊ congregabo vos de
vniuersis terris: ⁊ adducam
vos in terrã vr̃am. Et effun
dam super vos aquam mun
dam: ⁊ mũdabimini ab omni
bus inquinamentis vr̃is: ⁊
ab vniuersis idolis vr̃is mũ
dabo vos. Et dabo vob cor
nouũ: ⁊ spiritum nouũ ponã
in medio vestri Et auferam
cor lapideũ de carne vestra: ⁊
dabo vobis cor carneũ: ⁊ spi-
rituꝫ meũ ponã in medio vr̃i
Et faciaꝫ vt in pceptis meis
ambuletis: ⁊ iudicia mea cu-
stodiatis: ⁊ operemini: ⁊ ha
bitabitis in terra quaꝫ dedi
patribus vestris ⁊ eritis mi
hi in populũ. Et ego ero vo-
bis in deum. Dicit dñs omps
Venite filij audite me Grad.
timoreꝫ domini docebo vos. V.
Accedite ad eũ ⁊ illuminamini: ⁊
facies vestre non confundẽtur.
PResta qs om- Oro.
nipotẽs deus vt quos
ieiunia votiua castigant: ip-
sa quoqꝫ deuotio sancta le-
tificet: vt terrenis affectibus

mitigatis facili⁹ celestia ca-
piamus. Per. Lcō ysaie p-
HEc dicit domi phete. j.
nus de⁹. Lauamini et
mundi estote. Auferte ma-
lum cogitationū vestra⁊ ab
oculis meis: quiescite agere
peruerse: discite benefacere.
Querite iudiciū: subuenite
oppsso: iudicate pupillo: de-
fendite viduā: ⁊ venite et ar-
guite me: dicit domin⁹. Si
fuerint peccata vestra vt coc
cinū: quasi nix dealbabunt.
Et si fuerint rubra quasi ver
micul⁹: velut lana alba erūt.
Si volueritis et audieritis
me bona tre comedetis. Di
cit domin⁹ omīpotēs. Gra

Beata gens cuius est dominus
deus eorū: populus quem elegit
dominus in hereditatē sibi. ℣.
Uerbo domini celi firmati sunt
⁊ spiritu oris eius omnis virtus
eorum Scōm Johannē. ix.

IN illo tēpore. Prete
riēs iesus vidit hoīem
cecū a natiuitate Et interro
gauerūt eū discipuli ei⁹ Rab
bi: quis peccauit: hic aut pa-
rentes ei⁹ vt cecus nasceret
Rñdit iesus. Neqꝫ hic pecca
uit neqꝫ parētes eius: sed vt
manifestētur opa dei in illo
Me oportet operari opa ei⁹
qui misit me: donec dies est
Uenit nox quādo nemo po-
test operari Quādiu sum in
mūdo: lux suꝫ mūdi. Hoc cū
dixisset expuit in terrā: et fe-
cit lutū ex sputo: ⁊ liniuit lu-
tum sup oculos ei⁹: ⁊ dixit ei
Uade laua ī natatoria syloe
quod intepretatur missus.
Abijt ḡ ⁊ lauit: ⁊ venit vidēs
Itaqꝫ vicini ⁊ qui viderant
eum prius qꝛ mēdicus erat:
dicebāt. Nōne hic ē qui sede
bat ⁊ mendicabat? Alij dice
bāt qꝛ hic ē: alij aūt nequaq̄
sed silis est ei⁹ Ille vero dice
bat: qꝛ ego sum. Dicebāt er-
go ei. Quomō aperti sunt ti
bi oculi? Rñdit. Ille hō qui
dicit iesus lutū fecit: ⁊ vnxit
oculos meos: et dixit mihi.
Uade ad natatoriā syloe: et
laua Et abij: ⁊ laui et video.
Et dixerūt ei Ubi ē ille. Ait
Nescio. Adducūt eū ad pha
riseos q̄ cec⁹ fuerat Erat aūt
sabbatū quando lutum fecit

iesus: ꝛ aperuit oculos eius.
Iterum ergo interrogabāt
eum pharisei quomō vidisƺ
Ille autē dixit eis. Lutū mi
hi posuit super oculos ꝛ laui:
et video. Dicebāt ḡ ex phari
seis quidā. Non ē hic homo
a deo: qui sabbatū nō custo-
dit. Alij autē dicebāt. Quo-
modo pōt homo peccator h̄
signa facere? Et scisma erat
inter eos. Dicunt ergo ceco
iterum. Tu quid dicis de eo
qui aperuit oculos tuos? Il
le autē dixit: qꝛ propheta est.
Nō crediderūt ergo iudei d̄
illo qꝛ cecus fuisset ꝛ vidisset:
donec vocauerunt parētes
eius qui viderat: et interro-
gauerūt eos: dicētes. Hic ē
filius vester quem vos dici-
tis qꝛ cecus natꝰ ē. Quomō
ergo nunc videt? Responde-
rūt eis parētes eiꝰ: ꝛ dixerūt
Scimus quia hic est filꝰ nr̄:
ꝛ qꝛ cecus natꝰ est. Quomō
autē nunc videat nescimus:
aut quis eiꝰ aperuit oculos
nos nescimus? Ipm̄ inter-
rogate. Etatem habet: ipse
de se loquatur. Hec dixerūt
parētes eiꝰ qꝛ timebāt iude-
os. Jam eñ cōspirauerant
iudei: vt si quis eū cōfiteret
esse xp̄m extra synagogā fie-
ret. Propterea parentes eiꝰ
dixerunt: quia etatem habet
ipm̄ interrogate. Vocauerūt
ergo rursuz hominē qui fue-
rat cecꝰ: ꝛ dixerūt ei. Da glo
riam deo. Nos scimꝰ quia h̄
hō peccator est. Dixit ḡ ille
Si peccator est nescio: vnuz
scio qꝛ cecꝰ cum essem: mō vi
deo. Dixerūt ergo illi Quid
fecit tibi? Quomō aperuit ti
bi oclos? Rn̄dit eis Dixi vo
bis iā: ꝛ audistis Quid iterꝝ
vultis audire? Nunqd ꝛ vos
vultis discipuli eiꝰ fieri? Ma
ledixerūt ergo ei: et dixerūt.
Tu discipulꝰ illiꝰ sis: nos aūt
moysi discipuli sumus Nos
scimus quia moysi locutꝰ est
deꝰ: hunc autē nescimꝰ vnde
sit. Respondit ille homo: et
dixit eis. In hoc eñ mirabi
le est: quia vos nescitis vnde
sit: et aperuit meos oculos.
Scimꝰ aūt quia peccatores
deꝰ nō audit: sed si qs dei cul
tor est: ꝛ volūtatē eius facit:

hunt exaudit. A seculo non est auditū quia quis aperuit ocl'os ceci nati. Nisi esset hic a deo: nō poterat facere quicq̄. Rñderunt: et dixerūt ei. In peccatis nat⁹ es totus: et tu doces nos? Et eiecerūt eum foras. Audiuit ihs q2 eiecerunt eum foras: ꝛ cū inuenisset eum: dixit ei. Tu credis i filium dei? Rñdit ille: ꝛ dixit Quis est dñe vt credā in eū? Et dixit ei ihs. Et vidisti eū et qui loquitur tecū ipse est. At ille ait. Credo dñe. Et ꝓcidens adorauit eū. Offert. Benedicite gētes dñm deū nostrum: ꝛ obaudite voci laudis ei⁹ qui posuit aīam meā ad vitam: et nō dedit cōmoueri pedes meos bñdictus dñs qui nō amouit deprecationē meā: ꝛ misericordiaꝫ suā a me. Secre. Supplices te rogam⁹ omīps de⁹: vt hijs sacrificijs peccata nr̄a mundētur: q2 tunc verā nobis tribuis: mētis: ꝛ corporis sanitatem. Per. Com̄. Lutū fecit ex sputo dñs: ꝛ liniuit oculos meos: ꝛ abij: ꝛ laui: ꝛ vidi: ꝛ credidi deo Compl'. Sacramēta que sumpsim⁹ dñe deus noster ꝛ spiritalibus nos repleant alimentis: ꝛ corporalib⁹ tueantur auxilijs Per dñm Da plebi tue Sup populū. qs̄ dñe pie semꝑ deuotōis affectū: vt que praua sunt respuēs sancta ꝯuersatiōe firmetur: ꝛ a peccatis libera: vt nullis aduersitatib⁹ atteratur. Per

Feria quinta Introi. Letetur cor querentiū dominū: querite dñm ꝛ ꝯfirmamini: querite faciē eius semꝑ ps̄. Cōfitemini dño ꝛ inuocate nomen ei⁹: annūciate inter gentes opera eius. Oratio Presta qs̄ omīpotēs deus vt qui in tua ꝓtectōne cōfidimus cuncta nobis aduersantia te adiuuāte vincamus Per. Lectō libri. iiij. Regum. iiij. In diebus illis. Uenit mulier sunamitis ad heliseū in mōteꝫ carmeli: ꝛ apprehēdit pedes eius: et accessit giezi vt amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte illā. Aīa eīn eius in amaritudine est: ꝛ dñs celauit a me et non indicauit

mihi. Que dixit illi. Nunquid
petiui filiū a dn̄o meo? Nun
quid nō dixi tibi: ne illudas
me? Et ille ait ad giezi. Ac-
cinge lūbos tuos ⁊ tolle ba-
culū meū in manu tua et va-
de. Si occurrerit tibi homo
non salutes eū: ⁊ si salutaue-
rit te quispiā: nō respōdeas
illi. Et pones baculū meum
sup faciem pueri. Porro mr̄
pueri: ait. Uiuit dn̄s ⁊ viuit
aīa tua: non dimittā te Sur
rexit ergo ⁊ secutus est eam.
Giezi aūt pcesserat añ eos:
⁊ posuerat baculū sup faciez
pueri: ⁊ nō erat vox necꝫ sen
sus. Reuersusqꝫ est in occur-
sum ei⁹: ⁊ nūciauit ei: dicens
Non surrexit puer. Ingres-
sus ē ergo helyseus domū: ⁊
ecce puer mortuus iacebat i
lectulo ei⁹. Ingressusqꝫ clau
sit ostium sup se ⁊ sup puerū:
et orauit ad dn̄m. Et ascēdit
⁊ incubuit sup puerū: posuit
qꝫ os suū sup os ei⁹: ⁊ oculos
suos sup oclos ei⁹: ⁊ manus
suas sup manus ei⁹: ⁊ incur-
uauit se sup eū: et calefacta ē
caro pueri. At ille reuersus:
deambulabat i domo semel
huc atqꝫ illuc: ⁊ ascēdit ⁊ icu-
buit super eum: Et oscitauit
puer septies: aperuitqꝫ oclos
Et ille vocauit giezi: et dixit
ei. Uoca sunamitē hāc Que
vocata ingressa ē ad eū Qui
ait. Tolle filium tuū. Uenit
illa ⁊ corruit ad pedes ei⁹: et
adorauit super terram. Tu-
litqꝫ filiū suum ⁊ egressa est.
Helyseus reuersus ē in gal-
gala. Grad. Respice dn̄e in
testamentū tuū: ⁊ aīas paupez
tuorū ne obliuiscaris in finē. V.
Exurge dn̄e ⁊ iudica causam tuā
memor esto opprobrij seruorū
tuorū. Scdm Johannē. v.
In illo tempore. Dixit
iesus turbis iudeorū.
Pater me⁹ vsqꝫ mō operat
et ego operor. Propterea ꝗ
magis querebāt eū iudei in
terficere: q2 non soluz solue-
bat sabbatū: ſꝫ ⁊ patrem suū
dicebat deū: equalem se faci
ens deo Respōdit itaqꝫ ihs:
et dixit eis. Amen amen di
co vob: nō potest fili⁹ a se fa-
cere quicq̄ nisi qd viderit pa
trem facientē. Quecūqꝫ eni

ille fecerit: hec et filius silr fa-
cit. Pater eñ diligit filium:
et oñia demõstrat ei que ipe
facit: et maiora his demon-
strabit ei opa: et vos miremi
ni. Sicut eñ pr suscitat mor-
tuos: et viuificat: sic et filius
quos vult viuificat. Neqz ei
pater iudicat quenq̃: sed oñe
iudiciũ dedit filio: vt omnes
honorificẽt filiũ: sicut hono-
rificãt prem. Qui nõ honori
ficat filiũ: nõ honorificat pa-
trem qui misit illum. Amen
amẽ dico vobis: qr qui vbuz
meũ audit et credit ei qui mi-
sit me: habet vitam eternaz.
Et in iudicium nõ venit: sed
trãsiet a morte in vitã. Amẽ
amen dico vobis: quia venit
hora et nũc ẽ: quãdo mortui
audiẽt vocẽ filij dei: et qui au
dierint viuẽt. Sicut eñ pa-
ter habet vitaz in semetipo:
sic dedit et filio habere vitam
in semetipo. Et potestatem
dedit ei: et iudiciũ facere: qr
filius hominis ẽ. Nolite mi
rari hoc: qr venit hora i qua
omnes qui in monumentis
sunt audient vocem filij dei:

et pcedent qui bona fecerũt
in resurrectõem vite: qui vo
mala egerũt in resurrectõez
iudicij. Offert. Dñe ad adiu
uandũ me festina: cõfundantur
omnes qui querũt animã meam
vt auferãt eam. Secre. Puri
fica nos quesum9 misericors
deus: et ecclesie tue pces que
tibi grate sunt: pia mũera de
ferẽtes: fiant expiatis men-
tibus gratiores. Per. Coñ.
Dñe memorabor iusticie tue: so
lius: deus docuisti me a iuuentu
te mea: et vsqz in senectam: et seniũ
de9 ne dereliquas me. Compl.
Celestia dona capiẽtes qs
dñe non ad iudiciũ perueni-
re patiaris: qd fidelibus tuis
ad remedium cõtulisti. Per.
Populi tui Super populũ.
deus institutor et rector: pec-
cata quibus impugnatur ex
pelle: vt semper tibi placitus
et tuo munimine sit securus.
Per dominũ. Feria sexta.
Meditatio cordis mei i cõ-
spectu tuo semper domi-
ne: adiutor meus et redemptor
meus. V. Celi enarrãt gloriam
dei: et opera manuũ eius annun

Ociat firmamētum. Oro

Deus qui ineffabilib⁹ mundū renouas sacramentis: presta quesum⁹: vt ecclesia tua eternis ꝓficiat institutis: ⁊ temporalib⁹ nō destituatur auxilijs. Lcō libri .iij. regū .xvij.

In dieb⁹ illis. Egrotauit filius mulieris matrisfamilias: et erat languor fortissim⁹: ita vt nō remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad helyaz. Quid mihi et tibi vir dei? Ingressus es ad me vt rememorarētur iniquitates mee: ⁊ interficeres filium meū? Et ait ad eā helyas. Da mihi filiū tuum. Tulitqꝫ eū de sinu eius ⁊ portauit in cenaculū vbi ipse manebat: ⁊ posuit super lectulū suū ⁊ clamauit ad dñm: ⁊ dixit. Dñe deus meus: etiamne viduā apud quā ego vtcūqꝫ sustentor afflixisti: vt interficeres filium ei⁹? Et expandit se atqꝫ mēsus est sup puerum trib⁹ vicibus: clamauitqꝫ ad dñm: et ait. Dñe deus meus reuertat̄ obsecro aīa pueri huius in viscera eius. Exaudiuit dñs vocez helye: ⁊ reuersa est anima pueri intra eū: et reuixit. Tulitqꝫ helyas puerū ⁊ deposuit euz de cenaculo in inferiorē domū ⁊ tradidit matri sue: ⁊ ait illi En viuit filius tuus. Dixitqꝫ mulier ad helyam. Nunc in isto cognoui quoniaz vir dei es tu: ⁊ verbuz dñi in ore tuo verū est. Grad. Bonuz est cōfidere in domino: q̄ confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in domino q̄ sperare in principib⁹. Scdm iohem .xi.

In illo tpe. Erat quidā languens lazarus a bethania: de castello marie: et marthe sororū eius. Maria autē erat que vnxit dominū vngento: ⁊ extersit pedes ei⁹ capillis suis: cuius frater lazarus infirmabat̄. Miserūt ergo sorores eius ad eum: dicentes. Domine: ecce quem amas infirmatur. Audiēs aūt iesus: dixit eis. Infirmitas hec nō est ad mortem: sꝫ pro gloria dei: vt glorificet̄ filius dei per eam. Diligebat autem iesus martham: ⁊ so-

rorem eius mariā: ⁊ lazarū
Ut ergo audiuit quia infir-
mabatur: tūc quidem mā̄sit
in eodē loco duobus diebus
Deinde post hec dicit disci-
pulis suis. Eamꝰ in iudeam
iterum. Dicunt ei discipuli.
Rabbi nūc querebant te iu-
dei lapidare? ⁊ iterū vadis il
luc? Respōdit iesus. Nonne
duodecim sūt hore diei? Si
quis ambulauerit in die nō
offendit: qꝛ lucem huius mū
di videt. Si autem ambula-
uerit in nocte offendit: quia
lux nō ē in eo. Hec ait: ⁊ post
hec dicit eis. Lazarus amicꝰ
noster dormit: sed vado vt a
somno excitem eū. Dixerūt
ergo discipuli eius. Domie:
si dormit saluꝰ erit. Dixerat
autem iesus de morte eius:
illi autē putauerūt qꝛ de dor-
mitione somni diceret. Tūc
ergo iesus dixit eis manife-
ste. Lazarus mortuus est: ⁊
gaudeo propter vos vt creda
tis: quia non eram ibi. Sed
eamus ad eū. Dixit ergo tho
mas qui dicitur didimus ad
cōdiscipulos. Eamus ⁊ nos
⁊ moriamur cum eo. Uenit
itaqꝫ iesus: ⁊ inuenit eū qua-
tuor dies iam in monumen-
to habentē. Erat autē betha
nia iuxta hierosolymā quasi
stadijs quindecim. Multi au-
tē ex iudeis venerāt ad mar-
tham: ⁊ mariā: vt ꝯsolarētur
eas de fratre suo. Martha er
go vt audiuit quia iesus ve-
nit occurrit illi: maria autē
domi sedebat. Dixit ḡ mar-
tha ad iesum. Domine: si fu
isses hic frater meus non fu
isset mortuus. Sꝫ ⁊ nūc scio
quia quecunqꝫ poposceris a
deo: dabit tibi deus. Dicit
illi ihs. Resurget frater tuus
Dicit ei martha. Scio quia
resurget in resurrectione in
nouissimo die. Dicit ei ihs.
Ego sum resurrectio et vita.
Qui credit in me etiā si mor
tuus fuerit viuet: ⁊ omnis ꝗ
viuit ⁊ credit in me: non mo
rietur in eternū. Credis hoc?
Ait illi. Utiqꝫ domine. Ego
credidi qꝛ tu es xp̄us filiꝰ dei
viui qui in hūc mundū veni-
sti. Et cum hec dixisset: abijt
⁊ vocauit mariam sororē suā

silentio: dicens. Magister
adest ⁊ vocat te. Illa autē vt
audiuit surrexit cito: ⁊ venit
ad eū. Nōdum enī venerat
iesus in castellū: sed erat ad-
huc i illo loco vbi occurrerat
ei martha. Judei ergo qui erāt
cū ea in domo et ꝯsolabātur
eam cū vidissent mariā quia
cito surrexit ⁊ exijt: secuti sūt
eam dicētes. Quia vadit ad
monumentum vt ploret ibi.
Diuisio. Maria ergo cū ve
nisset vbi erat iesus: videns
eum cecidit ad pedes eius: ⁊
dixit ei. Domine: si fuisses hic:
nō fuisset mortuus frater meus
Jesus ergo vt vidit eā plorā
tem ⁊ iudeos qui venerāt cū
ea plorātes infremuit spū et
turbauit seipm: ⁊ dixit. Ubi
posuistis eū? Dicūt ei Dñe:
veni ⁊ vide. Et lachrimatus
est ihs. Dixerūt ergo iudei:
Ecce quomō amabat eum.
Quidā autē ex ipsis: dixerūt
Nō poterat hic qui aperuit
oculos ceci nati facere: vt hic
nō moreretur? Jesus ergo
rursum fremēs in semetipso
venit ad monumentū. Erat
autem speluca: ⁊ lapis super
positus erat ei Ait iesus. Tol
lite lapidē. Dicit ei martha:
soror eius qui mortuus fue-
rat Dñe iam fetet: quatridu
anus est enī. Dicit ei iesus.
Nōne dixi tibi: quoniā si cre
dideris videbis gloriā dei?
Tulerunt ergo lapidem Je
sus aūt eleuatis sursum ocu-
lis: dixit Pater gratias ago
tibi quoniā audisti me Ego
aūt sciebā quia semper me
audis: sed propter populum
qui circūstat dixi: vt credant
quia tu me misisti. Hec cum
dixisset: voce magna clama-
uit. Lazare veni foras. Et
statim prodijt qui fuerat mor-
tuus: ligatus manus ⁊ pedes
institis: ⁊ facies illius sudario
erat ligata. Dixit eis iesus.
Soluite eum: ⁊ sinite abire.
Multi ergo ex iudeis qui ve
nerāt ad mariam et marthā
⁊ viderant que fecit iesus cre
diderūt in eum. Offer. Po
pulum humilem saluū facies do-
mine: ⁊ oculos superborū humi-
liabis: quoniā quis deus preter
te domine. Secre. Munera

nos domine quesum⁹ obla-
ta purificēt: et te nobis iugi
ter faciant esse placatū. Per.
Videns dñs flentes Comm.
sorores lazari ad monumētum:
lachrimatus ē corā iudeis: ⁊ cla-
mabat lazare veni foras: ⁊ prodijt
ligatis manibus et pedibus qui
fuerat quatriduanus mortuus.
Hec nos quesumus Compl.
dñe participatō sacramēti: ⁊
a pprijs reatib⁹ indesinēter
expediat ⁊ ab omnib⁹ tueat͛
aduersis. Per. Sup pplm.
Da qs̃ omnipotēs deus:
vt qui infirmitatis nr̃e con-
scij de tua virtute ꝯfidimus:
sub tua semper protectione
gaudeam⁹. Per. Sabbato
Sitiētes venite ad aquas
dicit dñs: ⁊ qui nō habe-
tis preciū venite bibite cum leti
cia. Ps. Attēdite popule meus
legem meā: inclinate aurē vr̃am
in verba oris mei. Oro.
Fiat qs̃ dñe per gra-
tiam tuā fructuosus nr̃e de-
uotōnis affectus: quia tunc
nobis proderūt suscepta ie-
iunia: si tue sūt placita pieta
ti. Per. Lcō ysaie pphe. xlix.

Hec dicit dñs deus In
tempore placito exau-
diui te: ⁊ in die salutis auxili
atus sum tui. Et seruaui te:
⁊ dedi te in fedus populi: vt
suscitares terrā: ⁊ possideres
hereditates dissipatas: vt di
ceres his q̄ vincti sunt exite:
⁊ his qui in tenebris reuela-
mini. Sup vias pascētur: et
in omnib⁹ planis erūt pascua
eoꝝ. Nō esurient: neqꝫ sitiēt:
⁊ non percutiet eos estus: ⁊
sol: qꝛ miserator eoꝝ reget
eos: ⁊ ad fontes aquaꝝ po-
tabit eos. Et ponā oēs mō-
tes meos in viam: et semite
mee exaltabūtur. Ecce isti d
longe venient: et ecce illi ab
aquilone: ⁊ mari: ⁊ isti de ter
ra australi. Laudate celi: et
exultet terra: iubilate mōtes
laudem: qꝛ ꝯsolatus est dñs
pplm suū: ⁊ paupeꝝ suoꝝ mi-
serebitur. Et dixit syon. De
reliquit me dñs: et dñs obli-
tus est mei. Nūquid obliui-
sci potest mulier infantē suū
vt nō misereat͛ filio vteri sui
Et si illa oblita fuerit: ego tñ
nō obliuiscar tui. Dicit dñs

ops. Grad. Tibi dñe dereli-
ctus é paup: pupillo tu eris adiu-
tor. ℣. Ut qd dñe recessisti lon-
ge: despicis i oportunitatib⁹ in
tribulatõe: dũ supbit impi⁹ incé
dit pauper. Scdm ioha. viij.

In il. t. Dicebat ihesus
turbis iudeoꝝ. Ego
sum lux mũdi. Qui sequitur
me nõ ambulat in tenebris:
sed habebit lumẽ vite. Dixe
rũt ergo ei pharisei Tu de te
ipo testimoniũ phibes: testi
moniũ tuũ nõ ẽ verũ. Rñdit
iesus: z dixit eis. Et si ego te
stimoniũ phibeo de meipo:
verũ est testimoniũ meũ: q2
scio vnde veni: et quo vado.
Uos ãt nescitis vnde venio
aut quo vado. Uos ƀm car-
nem iudicatis: ego nõ iudi-
co quẽq3. Et si iudico ego: iu
diciũ meũ veꝝ ẽ: q2 solus nõ
sum: sed ego et qui misit me
pater. Et in lege vestra scri-
ptum ẽ: q2 duoꝝ hoĩm testi-
moniũ verum est. Ego sum
qui testimoniũ perhibeo de
meipo: et testimoniũ perhi-
bet õ me qui misit me pater.
Dicebãt ergo ei. Ubi est pr̃
tuus: Rñdit iesus Neq3 me
scitis: neq3 patrẽ meum. Si
me sciretis: forsitan et patrẽ
meũ sciretis. Hec v̄ba locu-
tus ẽ iesus in gazophilacio:
docẽs in tẽplo. Et nemo ap
prehẽdit eũ: q2 nõdum vene
rat hora eius. Offer. Fact⁹
ẽ dñs firmamẽtum meũ: z refu-
gium meũ: z liberatoꝛ meus spe-
rabo in eũ. Secre. Oblatio-
nib⁹ qs dñe placare susce-
ptis: z ad te etiã nr̃as rebel-
les ꝯuerte ꝓpicius volunta
tes. Per. Com. Dñs regit
me z nihil mihi deerit: in loco pa
scue ibi me collocauit. sup aquaꝝ
refectõis educauit me. Compl.
Tua nos dñe quesum⁹ sctã
purificẽt z operatõe sua pfi-
ciãt esse placatos. Per dñm
Deus qui spe- Sup ppłm.
rãtib⁹ in te misereri poti⁹ eli
gis q̃ irasci: da nobis digne
flere mala q̃ fecim⁹: vt tue cõ
solatiõis grãm inuenire va
leam⁹. Per. Dominica in
passione.

Judica me de⁹
z discerne causam meã de
gẽte nõ sancta: ab hoĩe iniquo et
doloso eripe me: q2 tu es de⁹ me⁹

⁊ fortitudo mea. ps. Emitte lucem tuã: ⁊ veritatẽ tuã ipa me deduxerũt: ⁊ adduxerũt in mõtem sanctuȝ tuũ. Ab hinc vsq; ad pascha Glia pri nõ dr. Oro.

Quesum⁹ oᵱs deus: familiã tuã ppicius respice: vt te largiẽte regat in corpe: ⁊ te seruãte custodiat in mẽte. Per. Ad hebre. ix.

Frẽs. Xp̃us assistẽs põtifex futuroꝝ bonoꝝ pampli⁹ ⁊ pfectius tabernaculũ nõ manufactũ: id est nõ hui⁹ creatõis: neq; p sanguinẽ hircoꝝ: aut vituloꝝ: sed p ppriũ sanguinẽ introiuit semel in scta: eterna redẽptiõe inuẽta. Si eñ sanguis hircoꝝ: ⁊ thauroꝝ: ⁊ cinis vitule aspersus: inquinatos scificat ad emũdatiõem carnis: quãtomagis sanguis xp̃i q p spm̃ sanctũ semetipm̃ obtulit imaculatũ deo emũdauit cõscientiã nr̃am ab operib⁹ mortuis: ad seruiẽdũ deo viuẽti. Et ideo noui testamẽti mediator est: vt morte itercedẽte in redẽptõem eaꝝ puaricationũ: que erãt sb prio ri testamẽto: repromissiõeȝ accipiãt qui vocati sunt eterne hereditatis. In xp̃o iesu domino nostro. Gra. Eripe me dñe de inimicis meis: doce me facere volũtatem tuaȝ. ℣. Liberator meus dñe: de gentib⁹ iracũdis et ab insurgẽtib⁹ in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. Tractus. Sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. ℣. Dicat nũc isrl' sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea. ℣. Etenim nõ potuerũt mihi: supra dorsum meum fabricauerũt pctõres. ℣. Prolongauerũt iniquitatẽ sibi: dñs iustus cõcidet ceruices peccatoꝝ. Scdm Johannẽ. viij.

In illo tempore. Dicebat iesus turbis iudeorum: ⁊ principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritateȝ dico: quare non creditis mihi? Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea vos nõ auditis: q2 ex deo nõ estis. Rñderũt ergo iudei: ⁊ dixerũt ei Nõne bene dicimus nos: q2 samaritanus es tu: ⁊ demonium habes? Respondit ie-

sus. Ego demoniū non ha-
beo: sʒ honorifico patrē meū
ꝛ vos ihonorastis me. Ego
autem nō quero gloriā meā.
Est qui q̄rat ꝛ iudicet. Amē
amen dico vobis: si quis ser-
monē meuꝫ seruauerit: mor
tem non videbit ineternum
Dixerūt ergo iudei. Nūc co
gnouimus: q2 demoniū ha-
bes. Abraham mortuus est
ꝛ pphete: et tu dicis: si quis
sermonē meū seruauerit nō
gustabit mortē inetnū? Nū
quid tu maior es pr̄e nostro
abraham qui mortuus est?
Et pphete mortui sunt: quē
teipm facis? Respōdit iesus
Si ego glorifico meipsum:
gloria mea nihil est. Est pa-
ter meus qui glorificat me:
quē vos dicitis q2 deus no-
ster est: ꝛ nō cognouistis eū.
Ego aūt noui eū. Et si dixe-
ro quia nō scio euꝫ: ero silis
vobis mēdax. Sed scio euꝫ:
ꝛ sermonē eius seruo. Abra
haꝫ pater vester exultauit vt
videret diē meū: vidit ꝛ gaui
sus est. Dixerunt ergo iudei
ad eum. Quinquaginta an-
nos nōdum habes: et abra-
ham vidisti? Dixit eis iesus
Amen amen dico vobis: an
teq̄ abraham fieret ego sum
Tulerūt ergo lapides: vt iace
rēt in eum. Jesus aūt abscō-
dit se: ꝛ exiuit d tēplo. Offer
Confitebor tibi domine in toto
corde meo retribue seruo tuo vt
viuam ꝛ custodiā smones tuos:
viuifica me scdm verbum tuum
domine. Secre. Hec mune-
ra quesumus domine vincu
la nr̄e prauitatis absoluāt: et
tue nobis miscdie dona con
ciliēt Per. Prefatio. Qui sa
lutem humani generis. Et dici
tur vsq̄ ad cenā dn̄i inclusiue
Hoc corpus meū qd Comō.
pro vobis tradetur hic calix no-
ui testamenti est i meo sanguine
dicit dominus: hoc facite quoti
enscūq3 sumitis in meam cōme-
moratōem. Compl. Adesto
nobis domine deus noster:
vt quos tuis mysterijs recre
asti: perpetuis defende presi
dijs. Per dn̄m. Feria scda.
Miserere mihi dn̄e quoniā
cōculcauit me homo: to-
ta die bellans tribulauit me. ps.

Conculcauerunt me inimici mei tota die: qm multi bellantes aduersum me.

S An. Oro. Sanctifica quesumus dñe nostra ieiunia: et cũctarum nobis indulgentiaz largire culparum. Per. Lectio Ione pphe. iij.

In dieb' illis. Factum est verbũ dñi ad ionam pphetam: scđo dicens. Surge ꝛ vade in niniuen ciuitatẽ magnã: ꝛ predica in ea predicatõem quam ego loquor ad te. Et surrexit ionas et abijt in niniuen iuxta verbum domini. Et niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cepit ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius: et clamauit: et dixit. Adhuc quadraginta dies: ꝛ niniue subuertetur. Et crediderũt viri niniuite in dño: et pdicauerũt ieiuniũ: ꝛ vestiti sunt saccis a maiore vsq3 ad minorẽ. Et peruenit verbũ ad regem niniue. Et surrexit đ solio suo: ꝛ abiecit vestimẽtũ suũ a se: ꝛ indut' ẽ sacco et sedit in cinere: ꝛ clamauit ꝛ dixit in niniue ex ore regis: ꝛ principũ ei' dicẽs. Hoĩes: ꝛ iumẽta: ꝛ boues: et pecora nõ gustent quicq̃: nec pascant: ꝛ aquaz nõ bibant: ꝛ operiant hoĩes saccis: ꝛ iumenta clamẽt ad dñm i fortitudine: ꝛ ꝯuertat vir a via sua mala: ꝛ ab iniquitate q̃ ẽ i manib' eoꝝ. Quis scit si cõuertatur: ꝛ ignoscat de': ꝛ reuertatur a furore ire sue: et nõ peribim'. Et vidit deus opa eoꝝ q: ꝯuersi sunt de via sua mala. Et misert' ẽ pplo suo dñs deus noster.

Deus exaudi orõnem. Grad. meã: aurib' pcipe v̄ba oris mei. V. Deus in nomine tuo saluum me fac: ꝛ in v̄tute tua iudica me.

Scđm Johannẽ. vij.

In illo tempore. Miserunt principes ꝛ pharisei ministros vt apphenderẽt iħm. Dixit ẽ eis iħs. Adhuc modicũ tẽpus vobiscũ sum: ꝛ vado ad eũ q̃ me misit. Queretis me ꝛ nõ inuenietis: et vbi ego sum vos nõ potestis venire. Dixerũt ergo iudei ad semetipos. Quo hic iturus est: quia non inuenim' eũ.

Nūquid in dispersionē gen
tium iturus est et docturus
gentes? Quis est hic sermo
quē dixit: queritis me ⁊ non
īuenietis: ⁊ ubi sum ego vos
non potestis venire? In no
uissimo aūt die magno festi
uitatis stabat iesus ⁊ clama-
bat: dicens. Si quis sitit ve-
niat ad me et bibat. Qui cre
dit ī me sicut dicit scriptura:
flumina de vētre eius fluēt
aque viue. Hoc autē dixit de
spū quē accepturi erāt credē
tes in eum. Offer. Dn̄e con
uertere ⁊ eripe animā meã: sal-
uum me fac ꝓpter misericordiā
tuam. Secreta. Cōcede no
bis qs̄ dn̄e deus noster: vt
hec hostia salutaris: et nr̄orum
fiat purgatio delictorum: ⁊ tue
ꝓpiciatio maiestatis. Per.
Dn̄s virtutum ipse est Comō.
rex glorie. Cōpl. Sacramē-
ti tui quesumus domine parti
cipatio salutaris: ⁊ purifica-
tionē nobis tribuat ⁊ mede-
lam. P. Supp. ī. m. Da q̄s
domīe pp̄lo tuo salutē men-
tis ⁊ corporis: vt bonis ope-
ribus inherēdo: tua sp̄ mereat

protectiōe defendi. Per dn̄m.
Expecta Feria Tercia.
dn̄m viriliter age ⁊ cōfor
tetur cor tuū ⁊ sustine dominum.
Ps. Dn̄s illūinatio mea: ⁊ salus
mea quē timebo. Orō.
Nostra tibi qs̄ domi
ne sint accepta ieiunia: q̄ nos
et expiando grā tua dignos
efficiāt: ⁊ ad remedia perdu-
cāt eterna. Per. Lcō daniel
In diebus ꝓphe. ult. o.
illis. Cōgregati sunt
babilonij ad regē: ⁊ dixerūt
ei. Trade nob danielem: qui
bel destruxit: ⁊ draconem in
terfecit: alioquin interficie-
mus te: ⁊ domū tuā. Vidit ꝗ
rex ꝙ irruerēt in eū vehemē
ter: ⁊ necessitate ꝯpulsus tra
didit eis danielē. Qui mise-
rūt eū in lacum leonū: ⁊ erat
ibi diebus sex. Porro in lacu
erāt leones septē: ⁊ dabātur
eis duo corpora quotidie et
due oues: ⁊ tūc nō data sunt
eis vt deuorarēt danielē. Erat
aūt abacuc ꝓpheta in iudea:
⁊ ipse coxerat pulmētū: ⁊ itri-
uerat panes ī alueolo: ⁊ ibat
in campū vt ferret messoribus

Dixitq3 angel9 dñi ad aba-
cuc. Fer prandiũ qđ habes i
babilonē danieli: qui ē in la-
cu leonum. Et dixit abacuc.
Domine babilonē nō vidi:
⁊ lacū nescio. Et apprehēdit
eum angelus dñi in vertice
eius: ⁊ portauit eū in capillo
capitis sui: posuitq3 eū in ba-
bilonē super lacum in impe-
tu spiritus sui. Et clamauit
abacuc: dicēs. Daniel serue
dei: tolle prādiū quod misit
tibi deus. Et ait daniel. Re-
cordatus es mei deus: et nō
dereliq̄sti diligētes te. Sur-
gensq3 daniel comedit. Por
ro angelus dñi cōfestim re-
stituit abacuc i loco suo. Ve-
nit ergo rex die septimo vt lu
geret danielem: et venit ad
lacū ⁊ introspexit: et ecce da-
niel sedens in medio leonū.
Et exclamauit voce magna
rex: dicēs. Magnus es dñe
de9 danielis. Et extraxit eū
de lacu leonū. Illos aūt qui
perditiōis eius causa fuerāt
intromisit in lacum: ⁊ deuo-
rati sunt in momēto coram
eo. Tūc rex ait. Paueant ha
bitātes i vniuersa terra deū
danielis: q2 ipē est liberator
⁊ saluator faciēs signa ⁊ mi-
rabilia in celo ⁊ i terra. Qui
liberauit danielē de lacu leo
num. Gra. Discerne causam
meam dñe: ab homine iniquo ⁊
doloso eripe me. ℣. Emitte lu-
cem tuam ⁊ veritatē tuam: ipsa
me deduxerūt: ⁊ adduxerūt i mō
tem sanctum tuū. Scdm Jo-
hānem. vij.

In illo tpe Ambulabat iesus i ga
lileam. Nō eñ volebat in iu
deam ambulare: quia quere
bant eum iudei interficere.
Erat autem in p̄ximo dies
festus iudeorū scenophegia
Dixerūt aūt ad eum fratres
eius. Trāsi hinc ⁊ vade in iu
deam: vt ⁊ discipuli tui vide-
ant opera tua que facis. Ne-
mo quippe i occulto quid fa
cit: et querit ipse in palā esse.
Si hec facis: manifesta te-
ipsum mundo. Neq3 eñ fra
tres eius credebant in eum.
Dicit ergo eis hiesus. Tem
pus meum nōdum aduenit:
tempus autē vestrū semper
est paratū. Non potest mun

dus odisse vos. Me autem odit: quia ego testimoniū p hibeo de illo: quia opera ei9 mala sunt. Vos ascēdite ad diem festuz hūc. Ego eñ nō ascendam ad diē festum istū quia tempus meū nondum impletū est. Hec cuz dixisset: ipse mansit in galilea: vt aūt ascenderūt fratres eius tūc et ipse ascēdit ad diem festuz nō manifeste sed quasi in oc culto. Judei ergo querebāt eum in die festo: ⁊ dicebant. Vbi ē ille? Et murmur mul tus de eo erat in turba. Qui dam eñ dicebant quia bon9 est: alij autem dicebant non sed seducit turbas Nemo ta men palam loquebat de illo ꝑpter metū iudeoꝝ. Offer. Sperēt in te omnes qui noue rūt nomen tuū dñe: quoniā non derelinquis querētes te: psallite domino qui habitat in syon: quo niam nō est oblitus orōem pau perum. Secre. Hostias ti bi dñe offerimus immolan das: que temporali nos ꝯso latōe letificent: vt eterna cer tius ꝓsequamur. P. Com.

Redime me deus israel ex om nibus angustijs meis. Complē Da quesum9 ops deus: vt q̄ diuina sunt iugiter exequē tes: donis mereamur celesti bus appropiquare. Per do. Da nobis Sup populum. quesum9 dñe ꝑseuerātem in tua volūtate famulatū vt in diebus nr̄is: ⁊ merito: et nu mero populus tibi seruiens augeatur. P. Feria quarta

Liberator meus de genti bus iracūdis: ab insurgē tibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me dñe. ps̄. Dili gam te dñe virtus mea: dñs fir mamētum meū ⁊ refugiuz meū. Sanctificato hoc Orō ieiunio deus tuoꝝ cor da fideliū miserator illustra: et quib9 deuotōnis prestas affectū: prebe supplicātibus pium benign9 auxiliū. Per. Lcō libri Leuitici. xix. In dieb9 illis Locut9 ē dñs ad moysen: dicēs. Ego domin9 de9 vester. Nō facie tis furtū: nō mētiemini: nec ꝺcipiet vnusqsq3 primū suū. Non piurabis in noīe meo:

nec pollues nomen dei tui. Ego dñs. Non facies calũniaz proximo tuo: nec vi opprimes eum Nõ morabitur opus mercẽnarij tui apud te vsq͡ʒ mane. Non maledices surdo: nec coraz ceco pones offendiculũ: sed timebis dominũ deũ tuũ: quia ego sum dñs. Nõ facies qđ iniquum ẽ: nec iniuste iudicabis. Nõ ꝯsideres personã pauperis: nec honores vultũ potentis Juste iudica proximo tuo. Nõ eris criminator: nec susurro in populis. Nõ stabis cõtra sanguinẽ proximi tui. Ego dñs. Nõ oderis fratrẽ tuum in corde tuo: sed publice argue eum ne habeas sup illo peccatũ. Nõ queras vltionem: nec memor eris iniurie ciuiũ tuoꝝ Diliges amicum tuũ sicut teipm. Ego dominus. Leges meas custodite. Ego em̃ sum dominus deus vester. Grad. Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me: nec đlectasti inimicos meos sup me. ℣. Dñe deus me⁹ clamaui ad te ⁊ sanasti me dñe abstraxisti ab inferis aiam meã: saluasti me a descẽdẽtib⁹ i lacũ. Scdꝫ iohã. x.

In il. t. Facta sunt encenia in hierosolymis: ⁊ hyems erat. Et ambulabat iesus in tẽplo in porticu salomonis. Circũdederũt ĝ euz iudei: ⁊ dicebãt ei. Quousq͡ʒ aiam nr̃am tollis? Si tu es xp̃s dic nob palã? Rñdit eis ihs. Loquor vob: ⁊ nõ creditis. Opera q̃ ego facio in nomine p̃ris mei hec testimonium ꝑhibẽt de me. Sꝫ vos nõ creditis: quia nõ estis ex ouib⁹ meis Oues mee vocẽ meã audiũt: ⁊ ego cognosco eas: ⁊ sequunt me Et ego vitaz eternã do eis: ⁊ nõ ꝑibũt ineternũ: ⁊ nõ rapiet eas q̃sqũ de manu mea Pater me⁹ qđ dedit mihi maius oibus est ⁊ nemo põt rapere de manu p̃ris mei Ego ⁊ p̃r vnum sum⁹ Sustulerũt ĝ lapides iudei: vt lapidarẽt eũ. Rñdit eis ihs. Multa bona opera ostẽdi vob ex p̃re meo. Propter qđ eoꝝ opus me lapidatis? Rñderũt ei iudei De bono opere nõ lapidamus te:

sed de blasphemia: ⁊ quia tu
hō cū sis facis teipm̄ deum.
Respōdit eis hiesus. Nōne
scriptum est in lege vestra qꝛ
ego dixi dij estis. Si illos di
xit deos ad quos sermo dei
factus est: ⁊ non potest solui
scriptura: quē pater sanctifi-
cauit ⁊ misit in mūdum vos
dicitis qꝛ blasphemas: quia
dixi filius dei sum. Si nō fa
cio opera patris mei: nolite
credere mihi. Si autē facio:
⁊ si mihi non vultis credere:
operibus credite: vt cogno-
scatis ⁊ credatis quia ī me ē
pater: ⁊ ego in patre. Offer.
E ripe me de inimicis meis de⁹
meus: ⁊ ab insurgētibus in me li
bera me dn̄e. Secre. A nnue
misericors deus: vt hostias
placationis: et laudis: since-
ris tibi deferam⁹ obsequijs.
Per dn̄m. Cōmo. L auabo
inter innocētes manus meas: ⁊
circuibo altare tuum domine: vt
audiam vocē laudis tue ⁊ enarrē
vniuersa mirabilia tua. Cōpl.
C elestis doni benedictōne
percepta: supplices te deus
oīpotens deprecamur: vt
hoc idem nobis: ⁊ sacramen
ti causa sit ⁊ salutis. Per do.
E xaudi quesu- Sup pplm̄
mus dn̄e gemitū populi tui
supplicātis: vt qui de merito
rū qualitate diffidimus: nō
iudiciū sed misericordiā ꝯse-
quamur. Per. Feria quīta
O mnia que fecisti nob do-
mine in vero iudicio feci-
sti qꝛ peccauimus tibi: ⁊ manda
tis tuis non obediuimus: sed da
gl'iam nomini tuo: ⁊ fac nobiscū
scd̄m multitudinē misericordie
tue. ps. Magnus dn̄s et lauda
bilis nimis in ciuitate dei nostri
in monte sancto eius. Oratio.
T Ribue nobis q̄sumus
domine indulgentiā
peccatoꝝ: vt īstituta ieiunia
placitis tibi sensibus opere-
mur. Per. Lcō danielis pro
I N dieb⁹ illis phete. iij.
Orauit daniel: dicens
Dn̄e de⁹ ne despicias pplm̄
tuū: neqꝫ auferas miam tuā
a nobis propter abraham di
lectum tuū: ⁊ ysaac seruū tuū
⁊ israel sanctū tuum: quib⁹ lo
cut⁹ es pollicēs qꝫ mltiplica-
gustabit cenā meā. Offer.
Domine cōuertere ꝛ eripe ani
mam meam: saluum me fac pro-
pter misericordiā tuā. Secre.
Oblatio nos domie tuo no
mini dicanda purificet: ꝛ de
die i diē: ad celestis vite trā-
ferat actōem. Per. Comō.

164

Cantabo dño qui tribuit mihi
⁊ psallã nomini domini altissimi
Sumptis sacris mu- Cõpl
neribus domie quesumus:
vt cum frequẽtatiõe myste-
rij: crescat nostre salutis effe
ctus. Per dominuz. Feria
quarta. ij. Johãnis. j.
Charissimi Uidete vos
metipos: ne ꝑdatis que ope
rati estis: sed vt mercedẽ ple
nã accipiatis. Sciẽtes quo-
niam om̄is qui recedit: ⁊ nõ
permanet in doctrina cristi:
deum nõ habet. Qui perma
net in doctrina christi: hic pa
trem et filiũ habet. Si quis
venit ad vos: ⁊ hãc doctrinã
nõ affert: nolite recipere eũ
in domũ: nec aue ei dixeritis
Qui em̄ dicit illi aue: cõmu-
nicat opibus eiꝰ malignis.
Secundũ Lucam. xij.
In illo tẽpore. Ait ad
iesum quidã de turba. Ma-
gister dic fratri meo: vt diui
dat mecuz hereditatem. At
ille dixit ei. Homo: quis me
cõstituit iudicem aut diuiso
rem super vos? Dixitq; ad il
los. Uidete ⁊ cauete ab om̄i
auaricia qꝛ nõ in abundãtia
cuiusq; vita eius est ex hijs q̃
possidet Dixit autẽ similitu
dinem ad illos: dicens. Ho-
minis cuiusdaz diuitis vbe-
res fructus ager attulit: ⁊ co
gitabat intra se: dicẽs Quid
faciam ꝗ nõ habeo quo con
gregẽ fructus meos? Et di-
xit. Hoc faciam. Destruam
horrea mea: ⁊ maiora faciã:
et illuc cõgregabo om̄ia que
nata sunt mihi: ⁊ bona mea:
et dicã anime mee. Anima:
habes multa bona posita in
annos plurimos: requiesce
comede: bibe: epulare. Dixit
autem illi deus. Stulti hac
nocte animã tuam repetunt
a te. Que autẽ parasti cuius
erũt? Sic est qui sibi thesau-
rizat: ⁊ nõ est in deum diues
Feria sexta. j. Johannis. ij.
Charissimi. Nouissima
hora est. Et sicut audi
stis: quia antichristus venit:
nunc antichristi multi facti
sunt. Unde scimus quia no-
uissima hora ẽ. Ex nob pro-
dierũt: sed non erant ex no-
bis. Nã si fuissent ex nobis:

permāsissent vtiq₃ nobiscū. Sed vt manifesti sint: quoniam nō sunt omnes ex nobis Sed vos vnctiōem habetis a spiritu sancto: et nostis oīa. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem: sed quasi scientibus eam: et quoniam omē mendacium: ex veritate nō est. Quis est mēdax: nisi is q̄ negat: quoniam iesus est christus: Hic est antichrist⁹ qui negat: patrem ⁊ filium. Omīs qui negat filiuz nec patrem habet: qui cōfitetur filiū: et patrem habet. Scdm Lucam. xij.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nolite solliciti esse anie vr̄e: quid māducetis: neq₃ corpori quid induamini: Anima plus est q̄ esca: ⁊ corpus plus q̄ vestimentū. Considerate coruos: quoniā nō semināt neq₃ metunt: quibus nō est cellariū neq₃ horreū: et deus pascit illos. Quantomagis vos pluris estis illis. Quis autē vestrum cogitando potest adijcere ad staturā suaz cubitum vnū? Si ergo neq₃ quod minimū est potestis: quid d̄ ceteris solliciti estis? Cōsiderate lilia quomodo crescunt. Non laborāt neq₃ nent. Dico autē vobis: nec salomon in omni gloria sua vestiebat sicut vnuz ex istis. Si autem fenū quod hodie est in agro: ⁊ cras in clibanū mittitur deus sic vestit: quātomagis vos pusille fidei? Et vos nolite querere quid manducetis: aut quid bibatis: et nolite in sublime tolli Hec eñi omnia gentes mūdi querūt. Pater autem vester scit quoniam hijs indigetis. Verūtamen querite primum regnū dei: et iusticiam eius: ⁊ hec omnia adijcientur vobis. Dñica tertia.

Respice i me Introitus et miserere mei domine: quoniam vnicus et pauper sum ego: vide humilitatem meam: et laborem meuz: ⁊ dimitte omnia peccata mea: de⁹ meus. Ps. Ad te dñe leuaui aīam meā: de⁹ me⁹ in te ꝯfido non erubescā.

Deprecatōez nr̄am Oro

quesumus domine benignꝰ
exaudi: et quibus supplican
di prestas affectū tribue de-
fensionis auxiliū. Per dn̄m

Lectō eple. j. Petri. v.

C Harissimi. Humilia-
mini sub potenti manu dei:
vt vos exaltet in tempore vi
sitatōnis. Omnē sollicitudi
nem vestrā proijciētes in eū:
quoniā ipi cura est de vobis
Sobrij estote: ꝛ vigilate: q̈a
aduersarius vester dyabolꝰ:
tanq̄ leo rugiēs circuit: que
rens quē deuoret. Cui resi-
stite fortes i fide: sciētes ean
dem passionē ei que in mūdo
est vr̄e fraternitati fieri. Deꝰ
autem omnis gratie: qui vo
cauit nos in eternā suaz glo-
riam in christo iesu: modicū
passos: ipe perficiet: ꝯfirma
bit: solidabitq̧. Ipi gloria: ꝛ
imperiū in secula seculorum
Amen. Grad. Iacta cogita
tum tuū in domino: ꝛ ipse te enu
triet. ℣. Dum clamarem ad do-
minū exaudiuit vocē meā: ab his
qui appropinquāt mihi. Alla.
℣. Diligam te dn̄e virtus mea:
dn̄s firmamentū meū ꝛ refugiū
meum Secundū Lucā. xv.

I N illo tempore. Erāt
appropinquātes ad ie
sum: publicani: ꝛ peccatores
vt audirent illū. Et murmu-
rabāt pharisei ꝛ scribe: dicen
tes. Quia hic peccatores re-
cipit: ꝛ manducat cū illis. Et
ait ad illos parabolā istam:
dicēs. Quis ex vobis homo
qui habet centū oues: ꝛ si per
diderit vnam ex illis: nonne
dimittit nonagintanouem
in deserto: ꝛ vadit ad illā que
perierat donec inueniat eā?
Et cum inuenerit eaz: impo
nit i humeros suos gaudēs.
Et veniens domum: conuo
cat amicos et vicinos: dicēs
illis. Congratulamini mi-
hi: quia inueni ouem meam:
que perierat. Dico vobis: q̄
ita gaudium erit in celo: sup
vno peccatore: penitentiam
agente: q̄ supra nonaginta-
noue iustis qui nō indigent
penitentia. Aut que mulier
habens dragmas decē: si per
diderit dragmā vnam: nōne
accēdit lucernā ꝛ euertit do-
mū: ꝛ querit diligēter donec

inueniat? Et cum inuenerit:
conuocat amicas et vicinas:
dicẽs Cõgratulamini mihi
quia inueni dragmã quã ꝑ-
diderã. Ita dico vobis: gau
dium erit coraꝫ angelis dei:
super vno peccatore: penitẽ-
tiam agẽte. Offer. Sperẽt
in te omnes: qui nouerũt nomẽ
tuũ domine: quoniã non derelin
quis querẽtes te: psallite domino
qui habitat in syon: quoniã non
est oblitus orationẽ pauperum.
Munera dñe obla- Secre.
ta sanctifica: vt tui nobis vni
geniti corpus: ⁊ sanguis fiat
Qui tecũ. Com. Ego clama
ui quoniã exaudisti me deꝰ incli-
na aurẽ tuã ⁊ exaudi verba mea.
Sacris muneribꝰ Compl.
quesumus dñe perceptis: vt
nos eorꝫ virtute: ⁊ a vicijs oĩ
bus expies: et donis grẽ tue
iugiter repleas. Per dñm.
Feria q̃rta. Ad colosen. iij.
Fratres. Omne qđcunqꝫ
facitis: in verbo aut in
ope: oĩa in noĩe dñi nostri
iesu cristi: grãs agẽtes deo:
⁊ prĩ per ipm. Mulieres sub
dite estote viris: sicut oportꝫ
in dño. Viri diligite vxores
vestras: et nolite amari esse
ad illas. Filij obedite parẽti
bus per oĩa: hoc eñ placitum
est in dño. Patres nolite ad
indignatõeꝫ ꝓuocare filios
vestros: vt nõ pusillo animo
fiãt. Serui obedite ꝑ omnia
dñis carnalibus: nõ ad ocu-
lum seruiẽtes: quasi hoĩbus
placẽtes: sed in simplicitate
cordis: timẽtes dñm. Quod
cũqꝫ facitis: ex animo opera
mini: sicut dño: ⁊ nõ hoĩbus:
sciẽtes q̄ a dño accipietis re
tributõeꝫ hereditatis. Per
iesum cristum dñm nostrũ.
Secundum Lucam. ix.
In illo tpe. Accesserũt
ad iesum discipuli: ⁊ dixerũt.
Dimitte turbas: vt eũtes in
castella: villasqꝫ que circa sũt
diuertant et inueniãt escas:
quia hic ĩ loco deserto sumꝰ.
Ait autem ad illos Uos da
te illis mãducare. At illi di-
xerunt. Nõ sunt nobis plus
q̃ quinqꝫ panes ⁊ duo pisces:
nisi forte nos eamus ⁊ ema-
mus in oẽm hãc turbã escas
Erãt ãt fere viri quinqꝫ milia

Ait autē ad discipulos suos
Facite illos discumbere per
cōuiuia quiquagenos: ⁊ ita
fecerūt. Et discubuerūt oēs.
Acceptis autē iesus quinq̃
panibus: ⁊ duobus piscibus
respexit in celū: ⁊ bn̄dixit illꝰ:
⁊ fregit: ⁊ distribuit discipu-
lis suis vt ponerēt ante tur-
bas. Et mãducauerūt om̄es
⁊ saturati sunt. Feria sexta.

C Arissimi. j. iohis. iij.
Omnis qui natus est ex
deo: pctm̄ non facit: quoniā
semen ipius: in eo manet: et
nō potest peccare: quoniā ex
deo natus est. In hoc mani
festi sūt filij dei: ⁊ filij dyabo-
li. Ois qui nō est iustus: nō
est ex deo: ⁊ qui nō diligit fra
trem suū. Quoniā hec est an
nūciatio: quā audistis ab ini
tio: vt diligatis alterutrum.
Non sicut cayn: qui ex mali-
gno erat: ⁊ occidit fratrē suū
Et propter quid occidit eū?
Quoniā opa eius maligna
erant: fratris aūt eius iusta.

Secundū Lucam. viij
In illo tempore. Venit
ad iesū vir cui nomē iairus:
⁊ ipe pnceps synagoge erat:
⁊ cecidit ad pedes iesu: rogās
eū: vt intraret in domū eius
qꝛ vnica filia erat ei: fere an-
noꝝ duodecim: ⁊ hec morie-
batur. Et cōtingit dū iret: a
turbis cōprimebat. Et muli
er quedam erat in fluxu san-
guinis: ab annis duodecim
que in medicos erogauerat
omnē substantiā suā: nec ab
vllo potuit curari. Accessit
retro: ⁊ tetigit fimbriā vesti-
mēti eius: ⁊ confestim stetit
fluxus sanguinis eiꝰ. Et ait
iesus. Quis est qui me teti-
git? Negātibus aūt omnibꝰ
dixit petrus: et qui cum illo
erāt. Preceptor: turbe te cō-
primūt: ⁊ affligūt: et tu dicis
quis me tetigit? Et dixit ih̄s
Tetigit me aliquis. Nam ⁊
ego noui v̄tutē de me exisse.
Videns autē mulier quia nō
latuit: tremens venit: ⁊ pro-
cidit ante pedes eius: et ob
quam causam tetigerit eum
indicauit coram omni popu
lo: ⁊ quēadmodum ꝯfestim
sanata sit. At ipe dixit ei. Fi
lia: fides tua saluam te fecit.

Vade in pace. Adhuc illo loquēte: venit quidā ad principem synagoge: dicens ei: qr mortua ē filia tua: noli vexare illū. Jesus aūt audito hoc verbo: respōdit patri puelle. Noli timere. Crede tantū: et salua erit. Et cū venisset domum: nō pmisit intrare secū quēq̄ nisi petrū: et iacobū: et iohannē: et patrē et matrē puelle. Flebāt aūt oēs et plangebant illā. At ille dixit. Nolite flere. Nō est mortua puella: sz dormit. Et deridebāt eum: sciētes qr mortua esset. Ipse aūt tenens manū eius clamauit: dicēs. Puella surge. Et reuersus ē spūs eius: et resurrexit ꝯtinuo. Et iussit illi dare mādûcare. Et stupuerūt parētes eius: quibus p̄cepit: ne alicui dicerēt quod factū fuerat. Dñica quarta

Dominꝰ illuminatio mea et salus mea: quē timebo: dñs defensor vite mee: a quo trepidabo: qui tribulāt me inimici mei: infirmati sunt et ceciderunt. ps. Si cōsistant aduersum me castra: non timebit cor meum.

Protector in te Oro sperātiū deꝰ: sine quo nihil est validū: nihil sanctū: multiplica super nos misericordiā tuā: vt te rectore: te duce: sic trāseamus p bona tpalia vt nō amittamus eterna. Per. Lcō epl'e ad roma. viij.

Frēs. Existimo eñi: q nō sunt ꝯdigne passiones huius temporis ad futuram gloriā: que reuelabit in vob. Nam expectatō creature: reuelatōem filioꝝ dei expectat. Vanitati eñ creatura subiecta est nō volēs: sed ppter eū: qui subiecit eam in spe: qr et ip̄a creatura liberabitur a seruitute corruptōis in libertatem glie: filioꝝ dei. Scimus eñ q oīs creatura ingemiscit: et parturit vsq̄ adhuc. Nō solū autē illa: sed et nosipsi primitias spūs habētes: et ipsi intra nos gemimꝰ adoptōnē filioꝝ dei: expectātes redemptōnem corporis nr̄i. In christo iesu dño nr̄o.

Propicius esto dñe pec- Gra. catis nr̄is: nequādo dicāt gētes vbi ē deus eoꝝ. ℣. Adiuua nos

deus salutaris nr̄: ꝛ ꝑpter hono-
rem nominis tui dn̄e libera nos.
Alla. V. Dn̄e in virtute tua le-
tabitur rex: ꝛ sup salutare tuū ex
ultabit vehemēter. Secundū
In illo tēpore. Luc. vj.
Dixit iesus discipulis
suis. Estote misericordes: si
cut ꝛ pater vester misericors
est. Nolite iudicare: ꝛ nō iu-
dicabimini. Nolite cōdem-
nare: et nō condēnabimini.
Dimittite: et dimittemini.
Date: ꝛ dabitur vobis. Mē
surā bonā: ꝛ cōfertam: ꝛ co
agitatā: et supeffluentē: da-
būt in sinum vestrū. Eadem
quippe mēsura: qua mēsi fu
eritis: remetietur vobis Di
cebat aūt illis ꝛ silitudinem
Nunquid potest cecus cecū
ducere? Nonne ambo in fo-
ueam cadūt? Nō est discipu
lus sup magistrū: perfectus
autē ois erit si sit: sicut magi
ster eius. Quid aūt vides fe-
stucā in oculo fratris tui: tra
bem aūt que in oclo tuo est:
nō consideras? Aut quō po
tes dicere fratri tuo: frater:
sine: eijciam festucā de oclo
tuo: ipe in oclo tuo trabē nō
vides? Ipocrita eijce primū
trabē de oculo tuo: ꝛ tūc ꝑspi
cies: vt educas festucam de
oclo fratris tui. Offr. Illu
mina oculos meos: nequādo ob
dormiā in morte: nequādo dicat
inimic⁹ me⁹ ꝑualui aduersus eū.
Respice dn̄e munera Sec.
supplicātis ecclesie: et saluti
credentiū: perpetua sanctifi
catōe sumēda cōcede. Per.
Dominus firmamentū Com
meū ꝛ refugiū meū: et liberator
meus: deus me⁹ adiutor meus.
Sancta tua nos dn̄e Cōpl
sumpta viuificēt: et miscdie
sempitne ꝑparent expiatos
Per. Feria iiij. Ad ephe. j.
Fres. Non cesso grās
agens pro vob: et me-
moriā vr̄i faciēs: in oratōib⁹
meis. Ut deus dn̄i nr̄i iesu
christi: pater glorie: det vob
spiritū sapientie: ꝛ reuelatō-
nis: in agnitōem ei⁹: illumi-
natos oclos cordis vestri: vt
sciatis que sit spes vocatōis
eius. Que diuitie glie here-
ditatis ei⁹ in sanctis Et que
sit supeminens magnitudo

virtutis ei⁹ in nos: qui credi mus scd̃m opationē potētie ꝟtutis eius: ꝙ operatus est in christo suscitās illū a mortuis: ⁊ ꝯstituens ad dexterā suam in celestibus: sup oēm principatū: ⁊ potestatē: ⁊ virtutē: ⁊ dn̄atoēm: ⁊ omne nomen: quod noīatur: in secula seculoꝝ Amen. Secundū.

In illo tpe. Lucā. xiiij. Accesserūt quidā phariseorū ad iesum: dicētes. Exi ⁊ vade hinc: q꞉ herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite ⁊ dicite vulpi illi. Ecce eijcio demonia: ⁊ sanitates pficio hodie ⁊ cras: ⁊ tertia die consummor. Verūtamen oportet me hodie ⁊ cras: ⁊ sequēti die ambulare. Quia non capit ꝓphetaꝫ perire extra hierusalem. Feria sexta Adro ma. xiiij.

FRatres. Carnis curaꝫ ne feceritis in dsider ijs. xiiij. Infirmū autē in fide assumite: non in disceptatiōib⁹ cogitationuꝫ Alius eñ credit mādućare se oīa. Qui autē infirmus est: olus manducet. Is qui māducat: nō manducātem: non spernat: et qui nō manducat: manducātem nō iudicet. Deus eñ illū assumpsit. Tu quis es: qui alienū iudicas seruū? Dn̄o suo: stat aut cadit. Stabit autē. Potens est eñ deus statuere illū. Nā alius iudicat diem inter diē: alius autē iudicat omnē diē Unusquisq꞉ in suo sensu habūdet. Qui sapit diē: dn̄o sapit: et qui māducat: domino manducat. Gratias eñ agit deo. Et qui non manducat: dn̄o non manducat: et grās agit deo. Scd̃m mathe. xiij.

In illo tempore. Dixit iesus discip̄lis suis parabolā hanc. Simile factū ē regnum celoꝝ homini: qui seminauit bonum semen: in agro suo. Cū autem dormirēt homies: venit inimicus ei⁹: ⁊ supseminauit zyzania i medio tritici: ⁊ abijt. Cū aūt creuisset herba ⁊ fructum fecisset: tūc apparuerūt ⁊ zyzania. Accedentes autē serui patrisfamilias: dixerunt ei. Dn̄e: nōne bonū semen: se-

minasti in agro tuo? Unde
ergo habet zyzania? Et ait il
lis. Inimicus homo hoc fe-
cit. Servi aūt dixerūt ei. Vis
imus ⁊ colligim⁹ ea? Et ait.
Non. Ne forte colligētes zy
zania eradicetis simul: ⁊ tri-
ticū. Sinite vtraqȝ crescere:
vsqȝ ad messem: ⁊ in tpe mes-
sis dicam messorib⁹ Colligi
te primū zyzania et alligate
ea in fasciculos ad cōburen-
dum. Triticū autē cōgrega-
te: in horreū meum. Dñica
Exaudi domine quinta.
vocē meam: qua clamaui
ad te: adiutor meus es tu: ne de-
relinquas me: neqȝ despicias me
deus salutaris meus. ps. Dñs
illuminatio mea ⁊ sal⁹ mea quē
Da nob Oro. timebo.
qm̄s dñe: vt et mundi
cursus pacifice nobis tuo or
dine dirigatur: ⁊ eccl'ia tua:
trāquilla deuotōe letet'. ℣.
Charissimi. j. Petri. iij.
Omnes vnanimes in
oratione estote: cōpatiētes:
fraternitatis amatores: mi-
sericordes: modesti: hūiles:
nō reddētes malum pro ma
lo: nec maledictū pro maledi
cto: sed ecōtrario bñdicētes:
q2 in hoc vocati estis: vt bñ-
dictionem hereditate possi-
deatis. Qui eñ vult vitā di-
ligere: ⁊ dies videre bonos:
coerceat linguā suā a malo:
⁊ labia eius ne loquātur do-
lū. Declinet aūt a malo ⁊ fa-
ciat bonū: inquirat pacem: ⁊
sequatur eā: q2 oculi dñi sup
iustos: ⁊ aures ei⁹ in preces
eoꝝ. Vultus aūt dñi sup fa-
ciētes mala. Et quis est qui
vobis noceat: si boni emula
tores fueritis? Sȝ et si quid
patimini propter iusticiam:
beati. Timorē aūt eoꝝ ne ti-
mueritis: vt nō ꝯturbemini
Dñm aūt christū sanctifica-
te in cordibus vestris Gra.
Protector nr̄ aspice deus: ⁊ re-
spice sup suos tuos. ℣. Dñe ds
virtutū: exaudi preces seruorum
tuoꝝ. Alla. ℣. In te dñe spera
ui: nō cōfundar ineternū: in iusti
cia tua libera me: et eripe me in-
clina ad me aurē tuā accelera vt
eripias me. Scd'm lucam. v.
In illo tempore. Cum
turbe irruerēt ad iesū

vt audirent verbũ dei: ⁊ ipse
stabat secus stangnũ gene-
sareth. Et vidit duas naues
stãtes secus stangnũ. Pisca
tores aũt descẽderãt: ⁊ laua-
bãt rethia. Ascendẽs aũt in
vnã nauim: que erat symo-
nis: rogauit eũ a terra redu-
cere pusillũ. Et sedens doce-
bat de nauicula turbas. Ut
cessauit aũt loqui: dixit ad sy
monẽ. Duc in altũ: ⁊ laxate
rethia vestra in capturã. Et
respõdens symon petrus: di
xit illi. Preceptor per totam
noctẽ laborantes nihil cepi-
mus: in verbo aũt tuo laxa-
bo rethe. Et cũ hoc fecissent:
cõcluserũt pisciũ multitudi-
nem copiosam. Rumpebat
aũt rethe eoꝝ. Et annuerũt
socijs qui erant in alia naui:
vt venirẽt: ⁊ adiuuarẽt eos.
Et venerũt ⁊ impleuerũt am-
bas nauiculas: vt pene mer-
gerẽtur. Quod cum videret sy-
mon petrus: procidit ad ge-
nua iesu: dicẽs. Exi a me do
mine: quia hõ peccator sum
Stupor enim circũdederat
eum: et omnes qui cum illo
erant in captura pisciũ quaz
ceperant. Similiter autẽ ia
cobum: ⁊ iohãnem filios ze-
bedei: qui erãt socij symonis
Et ait ad symonẽ iesus. No
li timere: ex hoc iã homines
eris capiens. Et subductis
ad terram nauibus: relictis
oĩbus secuti sunt eũ. Offer.
Benedicã dñm: qui tribuit mi-
hi intellectũ prouidebam deũ in
in cõspectu meo semper: quoniã
a dextris est mihi ne cõmouear.
Ascendãt quesum⁹ Secre.
dñe preces humilitatis nr̃e
in ɔspectu clemẽtie tue: ⁊ de-
scẽdat super hec oblata virt⁹
tue diuinitatis: quã nostris
quoq; purificãdis mẽtibus
largiaris. Per dñm. Com.
Unam petij a domino: hanc re-
quiram: vt inhabitẽ in domo dñi
oĩbus dieb⁹ vite mee. Compl.
Mysteria nos domine sum
pta purificent: ⁊ tuo munere
tueãtur. Per. Feria quarta
Charissi- j. ad thimo. ij.
me. Obsecro primum
oĩm fieri obsecratões: orati-
ones: postulationes: gratia
rũ actiões: pro oĩb⁹ hoĩbus:

pro regibus: ⁊ omnibus qui
in sublimitate sunt: vt quie-
tam: ⁊ trāquillam vitā aga-
mus in omni pietate: ⁊ casti
tate. Hoc em̄ bonū est: et ac-
ceptū corā saluatore nostro
deo: qui omnes hoīes vult
saluos fieri: ⁊ ad agnitiōem
veritatis venire. Unus eni
deus: vnus mediator dei et
hominū: homo christ⁹ iesus:
qui dedit redemptionem: se
metip̄m pro omnibus. Cui⁹
testimoniū tempori⁹ suis
cōfirmatū: in quo posit⁹ sū:
ego predicator ⁊ apostolus.
Ueritatem dico nō mētior:
doctor gentiū: in fide ⁊ veri-
tate. In christo iesu domio
nostro. Scdm lucā. x.
In illo tempore. Exul-
tauit iesus in spū sancto: ⁊ di
xit. Cōfitebor tibi dñe pater
celi ⁊ terre: quia abscondisti
hec a sapiētibus: ⁊ prudenti-
bus: ⁊ reuelasti ea paruulis.
Etiam pater: quoniā sic pla
citū fuit ante te. Oīa mihi
tradita sunt a patre meo. Et
nemo scit quis sit filius nisi
pater: ⁊ quis sit pater nisi fi-
lius: et cui voluerit filius re-
uelare. Uenite ad me oēs:
qui laboratis: ⁊ onerati estis
et ego reficiam vos. Tollite
iugū meū sup vos: et discite
a me: q̄r mitis sū: ⁊ humilis
corde: ⁊ inuenietis requiem
animab⁹ vestris. Iugū em̄
meū suaue est: et onus meū
leue. Et cōuersus ad discipu
los suos: dixit. Beati oculi
qui vident que vos videtis.
Dico autē vobis: q̄ mlti re-
ges: ⁊ pphete voluerūt vide
re que vos videtis: ⁊ nō vide
runt: ⁊ audire que auditis: ⁊
nō audierunt. Feria sexta.
Charissimi. ii. Pe. iii.
Nam audistis q̄a vn⁹
dies apd dñm sicut mille an-
ni: ⁊ mille anni sicut dies vn⁹
Non tardat dñs promissio-
nem suā: sicut quidā estimāt
sed patienter agit pp̄ter vos:
nolēs aliquos perire: sz oēs
ad penitētiā reuerti. Adue-
niet autē dies domini vt fur
in quo celi magno ipetu trā
sient: elememta vero calore
soluentnr. Terra autē: ⁊ oīa
que in ipsa sunt opa exurent

Cū hec igitur omnia dissol-
uenda sint: q̄les oportet vos
esse in sanctis cōuersationi-
bus: ⁊ pietatibus expectan-
tes ⁊ properātes in aduentū
diei domini: per quē celi ar-
dentes soluētur: ⁊ elementa
ignis ardore tabescent. No
uos vero celos ⁊ nouam ter
ram et promissa ipsius expe-
ctamus. In christo iesu do-
mino nr̄o. Euangeliū. In
illo tempore: Offerebāt iesu
paruulos Quere feria sexta
post dn̄icam quartā post pa
scha ī fol. c.xiiij. Dn̄ica vj.

Dominus fortitudo ple-
bis sue: ⁊ ꝓtector saluta-
rium christi sui est: saluū fac po-
pulū tuum dn̄e: ⁊ benedic heredi
tati tue: ⁊ rege eos vsq; in seculū
ps. Ad te domine clamabo de⁹
meus: ne sileas a me: nequando
Deus Orō taceas a me
qui diligentib⁹ te bo-
na inuisibilia preparasti: in-
funde cordibus nostris tui
amoris affectum: vt te in oī-
bus ⁊ super omnia diligētes
promissiōes tuas: que om̄e
desiderium superāt ꝯsequa-
mur Per Ad romanos. vj.

Fratres. Quicūq; ba-
ptizati sumus in chri-
sto iesu: in morte ipsius bapti
zati sumus. Cōsepulti enim
sumus cuz illo per baptismū
in mortē: vt quomodo chri-
stus surrexit a mortuis per
gloriam patris: ita ⁊ nos in
nouitate vite ambulemus.
Si enim cōplantati facti su
mus similitudini mortis ei⁹
simul ⁊ resurrectōis erimus
Hoc scientes quia vetus ho
mo noster simul crucifixus
est: vt destruatur corpus pec
cati: vt vltra non seruiamus
peccato Qui enī mortuus ē:
iustificatus ē a peccato. Si
autem mortui sumus cū chri
sto: credimus qr simul etiaz
viuemus cum illo: sciētes ꝙ
christus resurgens ex mor-
tuis iam nō moritur: mors
illi vltra non dominabitur.
Quod enī mortuus est pec-
cato: mortuus est semel Qđ
autem viuit: viuit deo. Ita
et vos existimate vos mor-
tuos quidem esse peccato: vi
uētes autem deo In christo

iesu domino nostro. Grad.
Conuertere domine aliquãtu-
lum: ⁊ dep̄care sup seruos tuos.
V. Domine refugium factus es
nobis a generatione ⁊ progenie
Alleluia. V. Omnes gẽtes plau
dite manibus: iubilate deo in vo
ce exultatõis. Scdm math. v.
In illo tpe. Dixit iesus
discipulis suis. Amen
dico vobis: nisi habũdauerit
iusticia vestra plus q̃ scriba
rum ⁊ phariseorum: non in-
trabitis in regnum celorum
Audistis quia dictũ est anti
quis: non occides. Qui aũt
occiderit: reus erit iudicio.
Ego autē dico vobis: quia
omnis qui irascitur fratri suo
reus erit iudicio. Qui autē
dixerit fratri suo racha: reus
erit cõcilio. Qui autem dixe
rit fatue: reus erit gehenne
ignis. Si ergo offers mun⁹
tuum ad altare: ⁊ ibi recorda
tus fueris q̄a frater tuus ha-
bet aliquid aduersum te: re-
linque ibi munus tuum an-
te altare: ⁊ vade prius recõci
liari fratri tuo Et tũc veniẽs
offeres munus tuũ Offert.

Perfice gressus meos: in semi-
tis tuis: vt nõ moueantur vesti-
gia mea: inclina aurẽ tuam ⁊ ex-
audi verba mea: mirifica miseri-
cordias tuas: q̃ saluos facis spe-
rantes in te domine. Secreta
Propiciare domine suppli-
cationib⁹ nostris: et has ob-
lationes: famulorũ famula-
rũq; tuarum benignus assume
vt quod singuli obtulerunt
ad honorẽ nominis tui: cũ-
ctis proficiat ad salutẽ Per
Circuibo ⁊ imolabo in Com.
tabernaculo eius hostiam iubi-
lationis: cãtabo ⁊ psalmũ dicam
domino. Compl. Quos cele
sti domīe dono satiasti: pre-
sta quesumus: vt a nr̄is mũ-
demur occultis: et ab hostiũ
liberemur insidijs. Per do.
Feria quarta Ad hebre. xij.
Fratres. Habem⁹ gra
tiam: per quam serui-
amus placentes deo: cũ me-
tu ⁊ reuerentia. Etenī deus
noster ignis cõsumens est.
xiij. Charitas fraternitatis
maneat in vobis: ⁊ hospitali
tatẽ nolite obliuisci Per hãc
enī placuerũt quidã angelis

hospitio receptis. Memen-
tote vinctoꝝ: tanq̄ sil' vincti:
et laborantium: tanq̄ et ipsi
in corpore morātes. Hono-
rabile ꝯnubiū in omnibus:
⁊ thorus imaculatus. Forni
catores eñ ⁊ adulteros iudi
cabit deus. Sint mores sine
auaricia: cōtenti presentib⁹.
Ipse eñ dixit. Nō te deserā
neq̧ derelinquam: ita vt cō-
fidenter dicamus. Dñs mi-
hi adiutor est: nō timebo q̄d
faciat mihi hō. Memētote
prepositoꝝ vestroꝝ qui vob
locuti sunt verbū dei: quoꝝ
intuentes exitum cōuersati
onis: imitamini fidē Jesus
christus heri ⁊ hodie ipse est
in secula seculorum Amen.

In illo **Scdz marcū .x.**
tempore. Cū egressus
esset iesus in via: procurrens
quidam genuflexo ante euz
rogabat eū: dicēs Magister
bone. Quid faciam vt vitaz
eternā percipiā? Jesus autē
dicit ei. Quid me dicis bo-
num? Nemo bonus nisi so-
lus de⁹. Precepta nosti? Ne
adulteres. Ne occides. Ne
fureris. Ne falsum testimo-
niū dixeris. Ne fraudē fece-
ris. Honora patrē tuū: ⁊ ma
trem tuā. At ille respōdens
ait illi. Magister: hec oīa
obseruaui a iuuentute mea.
Jesus autē intuitus eū: dile
xit eū: ⁊ dixit ei. Unū tibi de-
est. Uade ⁊ quecunq̧ habes
vende ⁊ da pauperibus: ⁊ ha
bebis thesauꝝ in celo: ⁊ veni
sequere me.

Feria sexta Ad romanos .xiiij.

Frēs. Nemo nostruz sibi vi-
uit: ⁊ nemo sibi moritur. Si
ue eñ viuimus: dño viuim⁹.
Siue morimur: domino mo-
rimur. Siue ergo viuimus:
siue morimur: domini sum⁹.
In hoc eñ christ⁹ mortuus
est ⁊ resurrexit: vt ⁊ viuoꝝ: ⁊
mortuoꝝ dominet̄. Tu au-
tem quid iudicas fratrē tuū?
Aut tu quare spernis fratrē
tuum? Omnes enim stabi-
mus añ tribunal dei. Scri-
ptum est enim. Uiuo ego di
cit dominus: quoniam mihi
omne genuflectetur: et om-
nis lingua confitebitur deo
In christo iesu domino nr̄o

IN illo Scdm marc. v. tempore. Venit iesus in regionē gerasenoꝝ. Et exeunte eo de naui. Statim occurrit illi homo de monumentis in spiritu immūdo: qui domiciliū habebat i monumētis. Et neqꝫ cathenis iam quisq̄ eum poterat ligare. Quoniā sepe cōpedibus: ⁊ cathenis vinctus: dirupisset cathenas: et cōpedes cōminuisset: et nemo poterat eum domare. Et semper die ac nocte in monumētis ⁊ in montibus erat clamās ⁊ cōcidens se lapidibus. Vidēs autem iesum a longe: cucurrit ⁊ adorauit eum: ⁊ clamās voce magna dixit. Quid mihi ⁊ tibi iesu fili dei altissimi? Adiuro te per deum ne me torqueas. Dicebat enim illi iesus. Exi spiritus immūde ab homine isto. Et interrogabat eū. Quod tibi nomē est? Et dicit ei. Legio mihi nomen est: quia multi sum⁹ Et dep̄cabatur eum multū: ne se expelleret extra regionem. Erat autē ibi circa mōtem grex porcoꝝ magnus pascēs in agris. Et deprecabantur eū spiritus: dicentes Mitte nos in porcos: vt in eos introeamus Et cōcessit eis statim iesus. Et exeūtes spūs imūdi introierūt in porcos: ⁊ magno ipetu grex p̄cipitatus ē in mari ad duo milia: et suffocati sunt in mari. Qui aūt pascebāt eos fugerūt: ⁊ nūciauerūt in ciuitate: ⁊ in agros. Et egressi sūt videre q̄d esset factū: ⁊ venerūt ad iesum: ⁊ vidēt illū qui a demonio vexabat̄ sedentē vestitū ⁊ sane mētis: ⁊ timuerūt Et narrauerūt illis qui viderāt qualiter factū esset ei qui demoniū habuerat: ⁊ de porcis ⁊ rogare ceperūt eū: vt discederet de finib⁹ eoꝝ. Cūqꝫ ascēderet nauim cepit illum dep̄cari q̄ a demonio vexat⁹ fuerat vt esset cū illo ⁊ nō admisit eū: sed ait illi. Vade in domū tuā ad tuos ⁊ annūcia illis quāta tibi dn̄s fecerit: ⁊ misertus sit tui. Et abijt ⁊ cepit p̄dicare i decapoli: q̄ta sibi fecisset ih̄s: ⁊ oēs mirabāt̄

Dñica septima Intr.
Omnes gentes plaudite
manibus: iubilate deo in voce ex
ultationis. ps. Subiecit popu
los nobis: et gentes sub pedibus
Deus virtu- Oro. nr̄is
tum cuius est totū qd
est optimū insere pectoribus
nr̄is amorē tui nois: et pre-
sta in nobis religionis aug-
mētum: vt que bona sunt nu
trias: ac pietatis studio que
sunt nutrita custodias. Per.
Fratres. Ad roma. vj.
Humanū dico: ꝓpter
infirmitatem carnis vestre.
Sicut enim exhibuistis mē
bra vestra: seruire imūdicie:
et iniquitati ad iniquitatem
ita nūc exhibete membra ve
stra: seruire iusticie in sancti
ficationē. Cum eni̅ serui esse
tis peccati: liberi fuistis iu-
sticie. Quem ergo fructū ha-
buistis tūc in illis: in quibus
nūc erubescitis? Nam finis
illorū mors est. Nunc vero li
berati a peccato: serui autez
facti deo: habetis fructū ve-
strum in sanctificatiōem: fi-
nem vero vitā eternam. Sti

pendia eni̅ peccati mors: gra
tia autē dei: vita eterna. In
christo iesu dn̄o nostro Gra.
Venite filij audite me: timorē
domini docebo vos. V. Accedi-
te ad eum: et illuminamini: et faci-
es vestre nō cōfundētur. Alla.
V. Eripe me de inimicis meis
deus meus: et ab insurgentib⁹ in
me libera me. Scd̄m Marcū
In illo tēpore. Cū viij.
turba multa esset cum
iesu: nec haberent: quod mā
ducarent: conuocatis disci-
pulis: ait illis. Misereor su-
per turbam: quia ecce iam tri-
duo sustinēt me: nec habent
quod manducēt. Et si dimi-
sero eos ieiunos in domum
suam: deficient in via. Qui-
dam enim ex eis delonge ve
nerūt. Et responderūt ei di-
scipuli sui. Unde istos quis
poterit hic saturare panibus
in solitudine? Et interroga-
uit eos. Quod panes habe-
tis? Qui dixerunt. Septem
Et p̄cepit turbe discūbere su
per terram. Et accipiens se-
ptem panes: gratias agens
fregit: et dabat discipl'is suis

vt apponerẽt: et apposuerũt
turbe. Et habebant piscicu-
los paucos: et ipsos bñdixit:
et iussit apponi. Et mandu-
cauerunt: et saturati sunt Et
sustulerũt quod superauerat:
de fragmẽtis: septẽ sportas.
Erãt autem qui mãducaue-
runt quasi quatuor milia: et
dimisit eos. Offer. Sicut in
holocaustũ arietum: et thaurorũ: et
sicut in milibus agnorũ pinguiũ:
sic fiat sacrificiũ nostrũ in cõspe-
ctu tuo hodie: vt placeat tibi: quia
non est confusio confidẽtibus in
te domine. Secre. Propicia-
re dñe supplicationibus nr̃is:
et has populi tui oblationes
benignus assume: et vt nullius
irritum votũ: nullius sit va-
cua postulatio: presta quesu-
mus: vt qđ fideliter petimus:
efficaciter consequamur Per.
Inclina aurem tuã ac- Com̃.
celera vt eruas nos. Complẽ.
Repleti sumus domine mu-
neribus sacris: tribue quesu-
mus: vt eorũ mũdemur effe-
ctu et muniamur auxilio P.
Feria quarta. Ad ro.
Fratres. Nũc ma.viij.

nihil damnationis est hijs
qui sunt in christo iesu: qui
non scd̃m carnem ambulãt.
Lex em̃ spiritus vite: in chri-
sto iesu: liberauit me: a lege
peccati et mortis Nam quod
impossibile erat legi in quo
infirmabat per carnẽ: deus
filium suũ mittens: in simili-
tudinem carnis peccati et de
peccato damnauit peccatuz
in carne vt iustificatio legis
impleretur in nobis: qui nõ
scd̃m carnẽ ambulamus: sed
scd̃m spiritum Qui em̃ scd̃m
carnez sunt: que carnis sunt
sapiunt: qui vero scd̃m spiri-
tum sunt: que sunt spiritus
sentiunt. Nã prudentia car-
nis mors est: prudentia autẽ
spiritus vita: et pax. In chri-
sto iesu dño nostro. Scd̃m
In illo Matheum.xvj
tempore. Accesserunt
ad iesum pharisei: et saducei
temptantes. Et rogauerũt
eum: vt signum de celo ostẽ-
deret eis. At ille respondẽs
ait illis. Facto vespe dicitis
serenũ erit: rubicũdũ ẽ em̃ ce-
lũ. Et mane: hodie tẽpestas

rutilat eñi triste celuz. Faciē ergo celi dijudicare nostis: signa ãt tempoꝝ nō potestis. Generatio mala ꝛ adultera signū querit: ꝛ signū non dabitur ei: nisi signuz ione prophete. Et relictis illis abijt. Et cum venissent discipli ei⁹ trans fretum: obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis Intuemini ꝛ cauete a fermēto phariseoꝝ ꝛ saduceoꝝ. At illi cogitabant intra se: dicētes. Quia panes non accepimus. Sciēs aūt iesus: dixit. Quid cogitatis iter vos modice fidei: quia panes nō habetis? Nōdum intelligitis: neqꝫ recordamini quinqꝫ panū: et quinqꝫ milia hominū: ꝛ quot cophinos sumpsistis? Neqꝫ septē panū in quatuor milia hoim: et quot sportas sumpsistis? Quare nō intelligitis quia nō de pane dixi vobis: cauete a fermēto phariseoꝝ ꝛ saduceoꝝ? Tūc intellexeſt qꝛ non dixerit cauēdū a fermēto panum: sed a doctrina phariseoꝝ ꝛ saduceoꝝ. Feria sexta. Ad roma. xiiij.

Fres. Unusquisqꝫ nostrū pro se ratōem reddet deo. Nō ergo ampli⁹ inuicem iudicemus. Sed hoc iudicate magis: ne ponatis offendiculū fratri: vel scādalum. Sed scio ꝛ cōfido in domino iesu: quia nihil cōmune per ipm: nisi ei qui existimat quid cōmune esse: illi cōmune est. Si eñi ꝓpter cibū frater tuus cōtristatur: iam nō scdm charitatē ambulas Noli cibo tuo illum perdere ꝓ quo christus mortuus est Nō ergo blasphemetur bonū nostrū. Non est enim regnū dei esca: ꝛ potus: sed iusticia: ꝛ pax: ꝛ gaudiū: in spū sancto. Per iesum cristū dominū nr̄m. Scdm lucã. xvij

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Impossibile ē vt non veniāt scandala. Ue aūt illi per quē veniunt. Utilius est illi si lapis molaris imponatur circa collū ei⁹ ꝛ ꝓijciatur in mare: q̃ꝫ vt scādalizet vnū de pusillis istis. Attendite vobis Si peccauerit i te frat tuus:

increpa illũ. Et si penitẽtiã
egerit: dimitte illi. Et si septi
es in die peccauerit in te: ⁊ se
pties i die ꝯuersus fuerit ad
te: dicẽs: penitet me: dimitte
illi. Et dixerũt apłi dño. Ad
auge nobis fidẽ. Dixit autẽ
dñs. Si habueritis fidem si
cut granum sinapis: dicetis
huic arbori moro eradicare:
⁊ trãsplantare i mare: ⁊ obe
diet vobis. Quis aũt vestrũ
habens seruũ arantẽ: aut pa
scentẽ boues: qui regresso đ
agro dicat illi statim transi
recumbe: et nõ dicit: para q̃
cenem: ⁊ precinge te: ⁊ mini
stra mihi donec mãducem ⁊
bibam: ⁊ post hec tu mãduca
bis ⁊ bibes? Nũquid gratiã
habet seruo illi: q̃a fecit que
ei imperauerat? Non puto.
Sic ⁊ vos cũ feceritis oĩa
que precepta sunt vobis dici
te: serui inutiles sumꝰ: quia
fecimus qđ facere debuimꝰ.

S Dñica octaua Introi.
Uscepimus deus miseri
cordiã tuã: in medio templi tui:
scđm nomẽ tuũ deus: ita et laus
tua: in fines terre iusticia plena
est dextera tua Ps. Magnꝰ do
minus ⁊ laudabilis nimis in ci
uitate dei nr̃i in mõte scõ eius.

D Eus cuius pro- Oro.
uidẽtia in sui disposi
tiõe nõ fallitur: te supplices
exoramus: vt noxia cũcta sb
moueas ⁊ oĩa nobis profu
tura ꝯcedas. Per dñm nr̃m

F Rẽs. Ad roma. viij.
Debitores sumus: nõ
carni vt scđm carnẽ viuamꝰ.
Si eñ scđm carnem vixeri
tis: moriemini. Si autẽ spũ
facta carnis mortificaueri
tis: viuetis. Quicũq3 eñ spũ
dei agũtur: hij sunt filij dei.
Non eñ accepistis spm ser
uitutis iterũ in timore: sz ac
cepistis spiritũ adoptiõis fi
liorũ: in quo clamamꝰ abba
pater. Ipse eñ spũs testimo
niũ reddit spiritui nr̃o q̃ su
mus filij dei Si aũt filij: ⁊ he
redes. Heredes q̃dẽ dei: co
heredes autẽ christi. Grad.

E sto mihi in deũ protectorẽ: ⁊
in locũ refugij: vt saluũ me facias
Ps. Deꝰ in te speraui domine nõ
cõfundar ineternum. A lła. Ps.
Te decet hymnus deus in syon:

et tibi reddet votũ in hierusalē. ℟. Replebimur in bonis domus tue: sanctũ est templũ tuũ mirabile in equitate. Scdm math. vij. In illo tpe. Dixit ihs discipl'is suis. Attendite a falsis pphetis: qui veniũt ad vos in vestimētis ouiũ: intrinsecus aũt sunt lupi rapaces A fructibus eoꝝ cognoscetis eos. Nũqd colligũt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic oms arbor bona: fructus bonos facit. Mala autē arbor: malos fruct⁹ facit. Nō potest arbor bona: malos fructus facere: neqꝫ arbor mala: bonos fructus facere Omnis arbor q̄ nō facit fructũ bonum: excidetur: ⁊ in ignē mittet̄ Igit̄ ex fructib⁹ eoꝝ cognoscetis eos. Non oīs qui dicit mihi dñe: dñe: intrabit i regnũ celoꝝ. Sed qui facit volũtatē patris mei: qui in celis ē: ipe intrabit in regnuꝫ celorum. Populũ humilē saluũ Offer. facies domine ⁊ oculos superborũ hũiliabis: quoniaꝫ quis deus preter te dñe. Secre. Deus qui legalium differētias hostiarũ vnius sacrificij perfectione sanxisti: accipe sacrificiũ a deuotis tibi faml'is oblatum: ⁊ pari bñdictōe: sicut munera abel sanctifica: ⁊ qđ singuli obtulerũt: ad maiestatis tue honorē cũctis proficiat ad salutē Per. Commo Gustate ⁊ videte qm̄ suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo. Compl. Tua nos domine medicinalis operatō: ⁊ a nostris peruersitatib⁹ clemēter expediat: et ad ea que sunt recta perducat Per do.

Feria quarta. Ad roma. v.

Frēs. Scitis qm̄ cum adhuc pctōres essem⁹: christus p nob mortuus est Mltomagis iustificati nũc: in sanguie ipius: salui erim⁹ ab ira: p ipm. Si em̄ cuꝫ inimici essem⁹ recōciliati sum⁹ deo: p mortē filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipius: nō solum autē sed ⁊ gloriamur in deo. Per xp̄m dñꝫ nr̄m. Scdm Marcũ. ix. In illo tpe. Johes dixit ad iesum.

Magister: vidimus quēdaʒ
in noīe tuo: eijciētem demo-
nia: qui nō sequitur nos: et
ꝓhibuimus eū. Jesus autē
ait. Nolite ꝓhibere eū. Ne-
mo est eñ: qui facit virtuteʒ
in noīe meo: ⁊ possit cito ma
le loqui de me. Qui eñ non
est aduersum vos: pro vobis
est. Quisquis eñ potū dede
rit vobis: calicē aque frigide
in nomine meo: q2 xpi estis:
amen dico vobis: nō perdet
mercedē suam. Et quisquis
scādalisauerit vnū ex hijs pu
sillis: credētibus i me: bonū
est ei magis si circūdaretur
mola asinaria collo ei⁹ et in
mare mitteretur. Et si scan-
dalizauerit te man⁹ tua: ab-
scide illā. Bonum ē tibi de-
bilem introire in vitā: q̄ du-
as manus habentē ire in ge
hennā: in ignē iextiguibilē:
vbi vermis eoꝝ: nō moritur
et ignis nō extinguitur. Et
si pes tuus scādalizat te: am-
puta illū. Bonū est tibi clau
dum introire in vitā eternā:
q̄ duos pedes habentē: mit
ti in gehennā ignis inextin-
guibilis: vbi vermis eoꝝ nō
moritur: ⁊ ignis non extin-
guitur Quod si oculus tuus
scandalizat te: erue eū. Bo-
nuʒ ē tibi luscū introire in re
gnum dei: q̄ duos oclos ha-
bentem: mitti in gehennam
ignis: vbi vermis eoꝝ non
morit̄: ⁊ ignis nō extinguit̄.

Feria sexta ad romanos. xv

Fratres. Obsecro vos
per dn̄m nostrū iesum
christū: ⁊ per charitatē sancti
spiritus: vt adiuuetis me in
orationibus ad deuʒ vt libe-
rer ab infidelib⁹: qui sunt in
iudea: ⁊ obsequij mei oblatō
accepta fiat in hierusalē san-
ctis: vt veniā ad vos: in gau-
dio: per volūtatem dei: vt re-
frigerer vobiscū. Deus autē
pacis: sit cum ominibus vo-
bis. In christo iesu dn̄o nr̄o

Scd̄m Matheū. xxiij.

In illo tempore. Dixit
iesus turbis iudeoꝝ: ⁊ pnci-
pib⁹ sacerdotū. Ve vob scri-
be: ⁊ pharisei: ypocrite: quia
clauditis regnū celoꝝ ante
hoies. Vos eñ nō intratis:
nec introeūtes sinitis itrare

Ue vobis scribe: et pharisei:
ypocrite q̃ comeditis dom⁹
viduaꝝ: oꝛões lõgas oꝛan
tes: ꝓpter hoc amplius acci
pietis iudiciũ. Ue vobis scri
be: ⁊ pharisei: ypocrite: quia
circuitis mare: ⁊ aridã vt fa-
ciatis vnũ proselitũ: ⁊ cũ fue-
rit factus: facitis eũ filiũ: ge-
henne duplo q̃ vos Ue vob
duces ceci: qui dicitis quicũ
q̃ iurauerit ꝑ templũ nihil ē
qui aũt iurauerit in auro: tē-
pli debitoꝛ est. Stulti ⁊ ceci:
quid eñi maius est: aurũ: an
templũ qd̃ sanctificat aurũ?
Et quicunq̃ iurauerit in al
tari: nihil est. Quicũq̃ autē
iurauerit in dono qd̃ est sup
illud: debet Ceci: quid enim
maius ē: donũ: an altare qd̃
significat donuꝫ? Qui ergo
iurat in altari: iurat in eo: et
in oĩbus que sup illd̃ sunt.
Et quicũq̃ iurauerit in tem
plo: iurat in illo: ⁊ in eo q̃ ha-
bitat in ipo. Et q̃ iurat in ce
lo: iurat in thꝛono dei: ⁊ i eo
qui sedet sup eum Ue vobis
scribe: ⁊ pharisei: ypocrite: q̃
decimatis mentã: ⁊ anetuꝫ:
⁊ cyminũ: ⁊ relinquitis que
grauioꝛa sunt legis: iudiciũ:
⁊ misericoꝛdiã: ⁊ fidem. Hec
opoꝛtuit facere: ⁊ illa nõ omit
tere. vacat infra. Duces ce-
ci excolantes culicē: camelũ
autē glutiētes. Ue vob scri-
be: ⁊ pharisei: ypocrite: q̃ mũ
datis quod deforis ē calicis:
⁊ parapsidis: intus aũt pleni
estis rapina ⁊ immundicia.
Pharisee cece: mũda prius
quod intus est calicis: et pa-
rapsidis: vt fiat ⁊ id quod de
foris est mũdum. Ue vobis
scribe ⁊ pharisei: ypocrite: q̃
similes estis sepulcris deal-
batis: que a foris apparent
hominib⁹ speciosa: intus ve-
ro plena sunt ossib⁹ moꝛtuo-
rũ: ⁊ oĩ spurcitia Sic ⁊ vos
a foris quidẽ paretis homi-
nibus iusti: intus autē pleni
estis ypocrisi: et iniquitate.

Dñica nona Introi.

Ecce de⁹ adiuua me: ⁊ dñs
susceptoꝛ est aie mee: auerte ma
la inimicis meis: in ỽitate tua d
sperge illos ꝓtectoꝛ me⁹ dñe. ps
Deus in nomine tuo saluuꝫ me
fac: et in virtute tua libera me.

Largire nobis Oratõ
dñe quesum⁹: semper
spiritum cogitãdi: que recta
sunt ꝑpicius: ⁊ agẽdi: vt qui
sine te esse nõ possum⁹: secun
dum te viuere valeam⁹ Per
eiusdem. j. Corinth. x.
Fratres. Nõ simus cõ
cupiscẽtes malorũ sicut ⁊ illi
cõcupierunt. Neq; ydolatre
efficiamini: sicut quidam ex
ipis: quẽadmodũ scriptũ est
Sedit populus mãducare:
⁊ bibere: ⁊ surrexerũt ludere
Neq; fornicemur sicut q̃daz
ex ipis fornicati sunt: et ceci-
derũt vna die vigintitria mi
lia. Neq; temptemus xp̃m:
sicut quidam eoꝝ temptaue
rũt: et a serpẽtibus perierũt.
Neq; murmuraueritis sicut
quidam eoꝝ murmurauerũt:
⁊ perierũt ab exterminatore
Hec autẽ oĩa in figura cõ-
tingebãt illis. Scripta sunt
autẽ ad correptõem nostrã:
in quos fines seculoꝝ deue-
nerũt. Itaq; qui se existimat
stare: videat ne cadat. Tem-
ptatio vos nõ apprehendat
nisi humana Fidelis autem
deus est: nõ patietur vos tẽ-
ptari sup id quod potestis: sz
faciet cũ temptatõe etiã pro-
uentũ: vt possitis sustinere.
Domine dñs noster: q̃ Grad.
admirabile est nomẽ tuũ in vni-
uersa terra. ℣. Quoniã eleuata
est magnificẽtia tua super celos
Alla. ℣. Attẽdite popule me⁹
in legẽ meaz. Scd̃m lucã. xvj.
In illo tempore. Dixit
iesus discipulis suis pa
rabolã hãc. Homo quidam
erat diues qui habebat villi
cũ. Et hic diffamatus ẽ apd̃
illum: quasi dissipasset bona
ipius. Et vocauit eum: ⁊ ait
illi. Quid h audio de te? Red
de rationẽ villicatõnis tue.
Iam enĩ non poteris villica
re. Ait autẽ villicus intra se
Quid faciaz: quia dominus
meus aufert a me villicatio-
nẽ? Fodere nõ valeo: mẽdi-
care erubesco. Scio quid fa
ciam. Ut cũ amotus fuero a
villicatione: recipiant me in
domos suas. Conuocatis ita
q; singulis debitoribus dñi
sui: dicebat primo. Quãtum
debes domino meo? At ille

dixit. Centū cados olei. Dixitque illi. Accipe cautionem tuā: et sede cito et scribe quinquaginta Deinde alio dixit Tu vero quātum debes? Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe lrās tuas: et scribe octoginta. Et laudavit dñs villicuz iniquitatis: quia prudēter fecisset. Quia filij huius seclī: prudētiores sunt filijs lucis: in generatione sua. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cū defeceritis: recipiant vos: in eterna tabernacula. Offertorī.

Iusticie dñi recte letificantes corda: et dulciora sup mel et fauū: nam et seruus tuus custodiet ea.

Suscipe mūera que Secre sum⁹ dñe que tibi de tua largitate deferim⁹: vt hec sacrosancta mysteria grē tue operante virtute: et p̄sentis vite nos cōuersatōe sanctificent et ad gaudia sempiterna perducant. Per. Com. Primū querite regnū dei et oīa adijciētur vobis dicit dñs. Complē.

Sit nobis domine reparatio: mētis: et corporis: celeste mysteriū: vt cui⁹ exequimur actōez: sentiam⁹ effectū. P.

Feria quarta Ad roma. vi.

Fratres. Nescitis qm̄ cui exhibetis vos seruos ad obediēdū: serui estis eius cui obedistis: siue peccati ad mortē: siue obeditiōis ad iusticiā. Gratias autem ago deo qꝫ fuistis serui peccati: obedistis autē ex corde: in eam formā doctrine: in qua traditi estis. Liberati autez a peccato: serui facti estis iusticie. In christo iesu domino nostro. Scdm lucā. xvi.

In illo tempore. Dixit ihs discipulis suis Qui fidelis est i minimo: et in maiori fidelis est: et qui in modico iniquus est: et i maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mamona fideles nō fuistis: quod verum est: quis credet vobis? Et si i alieno fideles non fuistis: quod vestrū est: quis dabit vob? Nemo seruus potest duob⁹ dominis seruire. Aut eñi vnuz odiet: et alterum diliget: aut vni ad

herebit: ⁊ alterum cõtemnet
Non potestis deo seruire: et
mãmone. Audiebãt autem
omnia hec pharisei: qui erãt
auari: ⁊ deridebãt illum. Et
ait illis. Vos estis qui iusti-
ficastis vos coram homini-
bus: deus autẽ nouit corda
vestra. Quia quod homini-
bus altum est: abominatio
est ante deum. Feria sexta.

F Ratres. j. Corinth. v.
Scripsi vobis in epi-
stola: ne ꝯmisceamini forni
carijs. Nõ vtiq3 fornicarijs
huius mũdi: aut auaris: aut
rapacibus: aut ydolis seruiẽ
tibus: alioquin debueratis
de hoc mundo exisse. Nũc au
tem scripsi vobis: non cõmi
sceri. Si is qui frater noia-
tur inter vos: est fornicator:
aut auarus: aut ydolis serui
ens: aut maledict⁹: aut ebri-
osus: aut rapax: cũ huiusmõi
nec cibum sumere. Quid em̃
mihi de hijs qui foris sũt iu-
dicare? Nõne de hijs qui in
tus sunt vos iudicatis? Naz
eos qui foris sunt: deus iudi
cabit. Per iesum christũ do-
minũ nostrũ. Scdm luc. xj.

I N illo tempore. Roga
bat iesum quidã phari
seus: vt prãderet apud se. Je
sus autẽ ingressus recubuit
Phariseus aũt cepit intra se
reputãs: dicere: quare nõ ba
ptizatus esset ante prandiũ.
Et ait dñs ad illuz. Nũc vos
pharisei quod deforis est ca-
licis: et cathini mũdatis: qđ
autẽ intus est vestrũ: plenuz
ẽ rapina ⁊ iniquitate. Stul-
ti: nõne qui fecit quod defo-
ris est: etiam id qđ deintus
est fecit. Verũtamẽ quod su
perest: date elemosinã: ⁊ ecce
om̃ia mũda sunt vobis. Sz
ve vobis phariseis: qui deci-
matis mentã: ⁊ rutaz: ⁊ om̃e
olus: et preteritis iudiciũ: et
charitatẽ dei. Hec aũt opor-
tuit facere: ⁊ illa nõ omittere
Ve vobis phariseis: qꝛa dili-
gitis primas cathedras in sy
nagogis: ⁊ salutatões in fo-
ro. Ve vobis qz estis vt mo-
numẽta que nõ parent: ⁊ ho
mines ambulãtes supra: ne-
sciunt. Respõdens autẽ qui
dam ex legisperitis: ait illi.

Magister: hec dicēs: etiā cō
tumeliā nobis facis. At ille
ait Et vob legisperitis ve: q2
oneratis hoies onerib9: que
portare nō possunt: ⁊ ipi vno
digito vestro: non tangitis
sarcinas ipas. Dominica .x.

Dum clamarē ad dn̄m: ex-
audiuit vocē meā: ab his
qui appropinquāt mihi: ⁊ humi-
liauit eos qui ē ante secula: ⁊ ma
net internū: iacta cogitatū tuū
in dn̄o: ⁊ ipe te enutriet ps. Ex-
audi dn̄e iusticiā meā: intēde de-
precationē meam. Oro

Pateant aures miseri
cordie tue dn̄e: precibus sup
plicantiū: ⁊ vt petentib9 desi-
derata cōcedas: fac eos que
tibi placita sūt postulare P.

Fratres j. Corinth. xij.
Scitis quoniā cū gen
tes essetis: ad simulacra mu
ta prout ducebamini eūtes.
Ideo notū vobis facio: q ne
mo in spiritu dei loquens: di
cit anathema iesu. Et nemo
potest dicere: dn̄s iesus: nisi
in spiritu sancto. Diuisiōes
vero gratiarū sunt: idem aūt
spiritus. Et diuisiōes mini-
strationū sunt: idem autem
dn̄s. Et diuisiōes operatio-
nū sunt: idem vero deus: qui
operatur om̄ia in omnibus
Unicuiq3 autē datur mani
festatio spiritus: ad vtilitatē
Alij quidem per spiritū dat
sermo sapientie: alij autē ser
mo sciētie: scd̄m eundē spiri-
tum. Alteri fides: in eodem
spiritu: alij gratia sanitatum
in vno spiritu. Alij operatio
virtutum: alij prophetia: alij
discretō spirituū: alij genera
linguarū: alij interpretatio
sermonū. Hec aūt oīa opatur
vnus atq3 idē spiritus: diui-
dēs singulis put vult. Gra.

Custodi me dn̄e vt pupillā ocu-
li: sub vmbra alarū tuaꝝ protege
me. V. De vultu tuo iudicium
meū pdeat oculi tui videāt equi
tatem. Alla. V. Exultate deo
adiutori nr̄o: iubilate deo iacob.
V. Sumite psalmū iocundū cū
cythara. Scd̄m luc. xix

In illo tempore. Cum
appropinquaret iesus hieru
salem: videns ciuitatem: fle
uit super illam: dicēs. Quia
si cognouisses ⁊ tu. Et quidē

in hac die tua: que ad pacem
tibi: nūc autē abscōdita sunt
ab oculis tuis. Quia veniēt
dies in te: et circumdabūt te
inimici tui vallo: et circūda-
bunt te: et coangustiabūt te
vndiqꝫ. Et ad terrā prostern-
nent te: et filios tuos qui in
te sunt Et nō relinquēt in te
lapidē super lapidē: eo ꝙ nō
cognoueris tempus visita-
tionis tue. Et ingressus in
templū: cepit eijcere: venden
tes: ⁊ ementes: dicens illis.
Scriptū est: quia dom⁹ mea
domus orōnis est. Vos au-
tem fecistis illam: spelūcam
latronū Et erat quotidie do
cens in templo. **Offer.** Ad
te dñe leuaui animam meā: deus
meus in te confido nō erubescā:
neqꝫ irrideant me inimici mei:
etenim vniuersi qui te expectant
nō cōfundētur. **Secre.** Con
cede nobis hec: quesum⁹ do-
mine digne frequētare my-
steria: quia quotiens huius
hostie cōmemoratō celebra
tur: opus nostre redemptio-
nis exercetur Per. **Cōmo.**
Acceptabis sacrificiū iusticie:
oblationes et holocausta sup al-
tare tuum dñe. **Compl.** Qui
nobis dñe ꝯmunio sacramē
ti: ⁊ purificatōem cōferat: et
tribuat vnitatē. Per dñm.

Feria quarta. j. Corinth. xv

Fratres. Nō omīs ca-
ro eadem caro: sed alia
hoīm: alia pecorū: alia volu-
crū: alia aūt pisciū. Et corpa
celestia: ⁊ corpora terrestria.
Sed alia quidē celestiū glīa
alia aūt terrestriū: alia clari-
tas solis: alia claritas lune:
⁊ alia claritas stellarū. Stel
la enī a stella differt in clari-
tate: sic ⁊ resurrectio mortuo
rū. Seminat̄ in corruptiōe:
surget in incorruptōne. Se-
minat̄ i ignobilitate: surget
in gloria. Seminat̄ in infir-
mitate: surget in virtute Se
minatur corp⁹ animale: sur-
get corpus spiritale Si ē cor
pus animale: est et spiritale:
sicut scriptuz est. Factus est
primus homo adam in ani-
mam viuētem: nouissimus
adam in spiritū viuificātem
Sed nō prius quod spirita-
le est: sed quod animale: de-

inde quod spiritale. In xpo iesu dño nostro. Scdm luc. I N illo tpe. Dixit xxj. hiesus discipulis suis. Cũ videritis hierusalẽ circũ dari ab exercitu: tunc scitote quia appropinquabit deso- latio eius. Tũc qui in iudea sunt fugiãt ad mõtes: et qui in medio eius: discedant: ꝛ q̃ in regionibus: nõ intrent in eam: q꞉ dies vltionis hĳ sũt: vt impleantur oĩa que scri pta sunt. Ve autẽ pregnãti- bus ꝛ nutriẽtibꝰ in illis die- bus. Erit eñ ꝑssura magna super terrã: ꝛ ira populo huic Et cadent in ore gladĳ: ꝛ ca- ptiui ducentur in oĩes gen tes. Et hierusalẽ calcabitur a gentibus: donec impleant tempora nationũ. Et erunt signa in sole: ꝛ luna: ꝛ stellis: et in terris pressura gẽtium: pre cõfusiõe sonitus maris: et fluctuũ. Arescẽtibus hoi bus: ꝑ timore: ꝛ expectatõne. q̃ superuenient vniuerso orbi Feria sexta. j. Corintheo. v. F Ratres. Auferte ma- lum ex vobisipsis. vj. A udet aliquis vestrum: ha bẽs negociũ: aduersus alte- rum iudicari: apud iniquos ꝛ non apud sanctos. An ne- scitis quoniã scti de hoc mũ- do iudicabũt. Et si in vobis iudicabitur mũdus indigni estis: qui de minimis iudi- cetis Nescitis quoniã ange los iudicabimus: quãto ma gis secularia. Secularia igi tur iudicia si habueritis: cõ- tẽptibiles qui sunt in ecclia illos cõstituite ad iudicãdũ. Per iesuz christũ dñm nr̃m. I Secundũ Lucam. xxj N illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Atten- dite autẽ vobis ne forte gra- uentur corpa vestra in crapu la et ebrietate et curis huius vite: ꝛ superueniet in vos repẽ tina dies illa. Tãq̃ laqueus eñ superueniet in omnes: qui sedẽt super faciẽ oĩs terre. Vigilate itaqꝫ oĩ tempore orãtes: vt digni habeamini fugere ista oĩa que futura sunt: et stare ante filiũ hois. D Eus in loco Dñica. xj sancto suo deus qui in ha

bitare facit vnanimes in domo
ipse dabit virtutē ⁊ fortitudinē
plebi sue. ℣. Exurgat de⁹ ⁊ dissi
pentur inimici eius ⁊ fugiāt qui
oderunt eū a facie eius. Oratō

D Eus qui omnipoten-
tiam tuā: parcēdo ma
xime: et miserando manife-
stas: multiplica sup nos gra
tiam tuā: vt ad tua promissa
currētes: celestiū bonoꝝ fa-
cias esse cōsortes. Per dñm

F Ratres. j. Corinth. xv.
Notū vobis facio euā
gelium quod predicaui vob:
quod ⁊ accepistis: in quo et
statis: per quod ⁊ saluemini
Qua ratione predicauerim
vobis si tenetis: nisi frustra
In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet in me: ꝛ ego i eo: hic fert fructū multuz: qꝛ sine me nihil potestis facere. Si qs in me nō māserit mittet' foras: sicut palmes ꝛ arescet Et colligent eū: ꝛ in ignē mittēt: et ardet. Si māseritis in me: ꝛ verba mea i vobis māserint qdcūqꝫ volueritis petetis: et fiet vobis In hoc clarificat⁹ est pr̄ meus: vt fructū plurimū afferatis: et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pr̄: ꝛ ego dilexi vos. Manete in dilectōe mea. Si pcepta mea seruaueritis: manebitis in dilectōe mea Sicut

et ego pr̄is mei p̄cepta serua-
ui: ꝛ maneo in eius dilectōe.
Hec locut⁹ sū vobis: vt gau-
diū meū in vobis sit Et gau-
diū vestrū impleat̄. Scd̄m
Johem.xv.
In illo tp̄e.
Dixit iesus discipulis
suis. Ego sum vitis vera: et
pr̄ meus agricola est. Oēm
palmitē in me nō ferentem
fructū: tollet eū. Et oēm qui
fert fructū: purgabit eum: vt
fructū plus afferat Jam vos
mundi estis ꝓpter sermonē
quē locutus sū vob. Mane-
te in me: ꝛ ego in vobis. Sic
palmes nō pōt ferre fructū a
semetip̄o nisi māserit in vite
sic nec vos nisi in me māseri
tis. Ego sū vitis: vos palmi
tes. Qui manet in me: ꝛ ego
in eo: hic fert fructū multū:
q: sine me nihil potestis face
re. Si q̄s in me nō māserit:
mittet̄ foras: sicut palmes: ꝛ
arescet. Et colligēt eum ꝛ in
ignē mittēt ꝛ ardet. Si man-
seritis in me: ꝛ verba mea in
vobis māserint: qdcunq̄ vo
lueritis petetis: ꝛ fiet vobis.
Offert
Gloria ꝛ honore coro-
nasti eū: ꝛ constituisti eū sup opa
manuū tuarū domine. Secre.
Accepta tibi sit dn̄e: nr̄e de-
uotōis oblatō: ꝛ ad ap̄licam
puriores: nos faciat ꝑuenire
festiuitatē Per dn̄m. Com
Magna est gl̄ia eius in salutari
tuo: gloriā ꝛ magnū decorem im
pones super eum dn̄e. Compl.
Presta nobis eterne felici-
tatis largitor: nos ei⁹ vbiq̄
ꝓtegi ōr̄one: cuius natalicia
per hec scā que sumpsim⁹ vo-
tiuo ꝑuenim⁹ obsequio. P.
Intro.
Mihi aūt nimis
honorati sūt amici tui
deus: nimis cōfortat̄
est p̄ncipatus eoꝝ. Ps. Dn̄e pro
basti me et cognouisti me: tu co-
gnouisti sessionē meam Oratō
Exaudi dn̄e pp̄lm tuū:
cū sancti ap̄li tui. N.
patrocinio supplicātē vt tuo
sp auxilio secura: tibi possit
deuotōne seruire. Per dn̄m
De plurib⁹ ap̄lis Oro
Deus q̄ nos annua ap̄lo
rū tuoꝝ. N. et N. solēnitate
letificas: p̄sta q̄s: vt quoꝝ
gaudem⁹ meritis istruamur
exemplis. P. Ad Ephesi. j.

FRatres. Benedictus de⁹: ⁊ pater dñi nostri iesu christi: qui bñdixit nos: in omni bñdictiõe spũali: in celestib⁹ in christo: sicut elegit nos in ipo: ante mũdi ↄstitutionẽ: vt essemus sancti ⁊ immaculati: in ↄspectu eius in charitate. Qui p̄destinauit nos: in adoptiõem filiorum: p iesum xp̄m in ipm: scd̃m propositũ volũtatis sue: i laudez glorie grẽ sue: in qua gratificauit nos: in dilecto filio suo In quo habem⁹ redẽptõem per sanguinẽ ei⁹: remissiõez pctõrum: scd̃m diuitias gratie eius: que supabundauit i nobis. Per iesum christũ dñm nostrũ. Ad ephesi. ij.

FRẽs. Jam nõ estis hospites: ⁊ aduene: sed estis ciues sanctorum ⁊ domestici dei: supedificati: sup fundamentum aplorum: ⁊ pphetarũ: ipso summo angulari lapide xp̄o iesu. In quo omnis edificatõ constructa: crescit in templũ sanctũ in dño. In quo ⁊ vos coedificamini: i habitaculũ dei in spũ scõ Ad roma. viij.

FRatres. Scimus: qm diligẽtibus deũ: omnia cooperãtur i bonũ: hijs qui scd̃m ppositũ vocati sunt ici. Nã quos p̄sciuit: ⁊ p̄destinauit cõformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse p̄mogenit⁹: in multis fratrib⁹. Quos ãt p̄destinauit: hos et vocauit. Et quos vocauit: hos ⁊ iustificauit. Quos ãt iustificauit illos et magnificauit. Quid ergo dicem⁹ ad hec? Si de⁹ pro nobis: quis cõtra nos? Qui etiã pprio filio suo non pepercit: sed p nobis oĩbus: tradidit illũ. Quõ non etiaz cũ illo: omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? De⁹ qui iustificat. Quis ẽ qui ↄdemnet? Christus iesus: qui mortuus est: imo qui ⁊ resurrexit: qui est ad dexterã dei: q etiã iterpellat p nob. Quis g nos sepabit a charitate cristi? Tribulatio: an angustia: an fames an nuditas: an periculũ: an p secutio: an gladi⁹? Sicut scriptũ est. Quia ppter te mortificamur tota die: estimati su

mus sicut oues occisionis. Sz in hijs oibus superamꝰ: propter eũ: qui dilexit nos. Certus sum enim: qꝛ neqꝫ mors: neqꝫ vita: neqꝫ angeli: neqꝫ principatus: neqꝫ virtutes: neqꝫ instantia: neqꝫ futura: neqꝫ fortitudo: neqꝫ altitudo: neqꝫ profundum: neqꝫ creatura alia: poterit nos separare: a charitate dei. Que est in christo ihũ dño nostro. Epla de euangelistis. Similitudo vultus aialiũ. sfo. C.lxxxxvij

Constitues eos principes sup omnẽ terram: memores erũt nomis tui dñe. Grad. ℟. Pro patribus tuis nati sũt tibi filij: propterea populi cõfitebũtur tibi.

In omnẽ terram exiuit sonus eoꝝ: τ in fines orbis terre verba eoꝝ. Grad. ℟. Celi enarrãt gl'iaz dei: τ opera manuũ eius annũciat firmamẽtũ. Grad. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cõfortatus est principatus eorũ. ℟. Dinumerabo eos: et super arenã multiplicabũt.

Alleluia. ℟. Nõ vos me elegistis: sed ego vos elegi: et posui vos vt eatis: τ fructũ afferatis: τ fructus vester maneat. Alla. ℟. In omnẽ terrã exiuit sonus eoꝝ τ in fines orbis terre verba eoꝝ. Alla. ℟. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis ɔfortatus est principatus eorũ. Alla. ℟. Per manus autẽ apostoloꝝ fiebant signa τ ꝓdigia mlta i plebe. De euãgelistis. Alla. ℟. Primus ad syon dicet ecce assum: et hierusalem euangelistam dabo.

De aplis Sequentia.

Clare sctõꝝ senatus aplorũ princeps orbis terraꝝ rectorqꝫ regnorũ. Ecclesiaꝝ mores τ vitã moderare. Qui per doctrinam tuã fideles sunt vbiqꝫ. Anthiochus τ rhenus ɔcedunt tibi petre regni solium. Tyrãnidez tu paule alexandriã inuasisti greciam. Ethiopes horridos mathee agnelli vellere. Qui maculas nesciat aliquas vestisti candido. Thoma bartholomee iobãnes philippe symon iacobiqꝫ pariles. Andrea thadee dei bellatores incliti. En vos oriens et occidens imo teres mundi circulus se pares habere gaudet τ expectat iudices. Et idcirco mũdus omnis laudes vobis τ hono

rem sctis debitũ suppler īpēdit.

Scdm Johānem. xv.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Hec mando vobis: vt diligatis inuicem. Si mũdus vos odit: scitote q2 me priorē vobis: odio habuit Si de mundo fuissetis: mũdus qd suum erat diligeret. Quia vero de mũdo nō estis: sz ego elegi vos de mũdo: ppterea odit vos mũdus Memētote sermonis mei: quē ego dixi vobis. Non est seruus maior dño suo. Si me persecuti sunt: ꝛ vos psequētur. Si sermonē meũ seruauerũt: ꝛ vestrũ seruabũt. Sz hec omnia faciēt vobis: propter nomē meum: q2 nesciũt eum qui me misit. Si nō venissem ꝛ locutus eis fuissem peccatũ non haberent. Nũc autē excusatōem nō habent de peccato suo. Qui me odit ꝛ patrē meum odit. Si opa nō fecissem i eis: que nemo alius fecit: peccatum nō haberent. Nũc autē ꝛ viderũt ꝛ oderũt: ꝛ me: ꝛ patrē meũ. Sz vt adimpleatur s̄mo: qui in lege eoꝝ scriptus est: quia odio habuerunt me gratis.

Scdm Johānem. xv.

In illo tpe. Dixit iesus discipl'is suis. Hoc est preceptũ meũ: vt diligatis inuicē sicut dilexi vos Maiorē hāc dilectionem: nemo habet: vt animā suā ponat qs pro amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis q̄ ego p̄cipio vob. Jam nō dicam vos seruos: q2 seruus nescit quid faciat dñs eius. Vos aũt dixi amicos: q̄a oīa quecunq3 audiui a patre meo: nota feci vobis Nō vos me elegistis: sz ego elegi vos: et posui vos vt eatis ꝛ fructũ afferatis: ꝛ fructus vester maneat. Et qdcunq3 petieritis patrē in nomine meo det vob.

Scdz math. x.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. In viā gentiũ ne abieritis: ꝛ in ciuitates samaritanoꝝ ne intraueritis sed potius ite ad oues que perierũt domus israel. Euntes autē predicate dicētes: q2 appropinq̄bit regnũ celorum. Infirmos curate:

mortuos suscitate: leprosos mundate: demones eijcite: gratis accepistis: gratis date. Nolite possidere aurū: neq̧ argētum: neq̧ pecuniam in zonis vestris. Nō perā in via: neq̧ duas tunicas: neq̧ calciamenta: neq̧ virgā. Dignus em̄ est operarius cibo suo. In quācunq̧ autē ciuitatē: aut castellū intraueritis: interrogate: quis in ea dignus sit: ⁊ ibi manete donec exeatis. Intrātes autē in domum: salutate eam: dicentes Pax huic domui. Et siquidē fuerit domus illa digna: veniet pax vestra super eam: si autē nō fuerit digna: pax vestra reuertetur ad vos Et quicunq̧ nō receperit vos: neq̧ audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo: vel ciuitate: excutite puluerem: de pedibus vestris. Amen dico vobis: tollerabilius erit terre zodomorū: et gomorreorū: in die iudicij q̄ illi ciuitati. Scd̄m math. x.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos: sicut oues: in medio luporū. Estote ergo prudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe. Cauete autē ab hominib⁹. Tradent em̄ vos in cōsilijs: et in synagogis suis: flagellabūt vos. Et ad reges: ⁊ presides ducemini: ꝓpter me: in testimoniū illis ⁊ gētibus. Cum aūt tradent vos: nolite cogitare: quomō aut quid loquamini. Dabitur em̄ vobis in illa hora qd̄ loquamini. Nō em̄ vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri: qui loquitur in vobis Tradet āt frater fratrē in mortem: ⁊ pater filium: ⁊ insurgent filij in parētes: ⁊ morte eos afficiēt Et eritis odio oībus: ꝓpter nomē meum. Qui aūt perseuerauerit vsq̧ in finē: hic saluus erit. Scd̄m Lucam. x.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis Qui vos audit: me audit. Et qui vos spernit: me spernit Qui autē me spernit: spernit eū qui misit me Reuersi sunt āt septuaginta duo: cū gaudio: dicen-

tes. Domine: etiã demonia
subijciunt nobis in nomine
tuo. Et ait illis. Uidebã sa-
thanam: sicut fulgur: de celo
cadentẽ Ecce dedi vobis po
testatẽ calcandi supra serpẽ-
tes: ꝛ scorpiones: et sup oẽm
virtutem inimici: ꝛ nihil vo-
bis nocebit. Uerũtamen in
hoc nolite gaudere: qꝛ spiri-
tus vobis subijciũtur. Gau-
dete autẽ ꝙ nomina vr̃a scri
pta sunt in celis. Scḋm lu.

In illo tẽpore. cam. x.
Designauit iesus ali-
os septuaginta duos: ꝛ misit
illos binos ante faciẽ suam
in omnẽ ciuitatẽ ꝛ locũ: quo
erat ipse venturus. Et dicebat
illis. Messis quidez multa:
operarij autẽ pauci. Rogate
ergo dñm messis: vt mittat
operarios in messem suã Ite:
ecce ego mitto vos sicˀ agnos
inter lupos. Nolite portare
sacculũ neqꝫ perã: neqꝫ calcia
mẽta: ꝛ neminẽ per viam sa-
lutaueritis. In quãcũqꝫ do-
mũ intraueritis: primũ dici-
te: pax huic domui. Et si ibi
fuerit filius pacis; requiescet
sup illũ pax vestra. Sin autẽ:
ad vos reuertetˀ. In eadem
domo manete: edẽtes et bi-
bentes q̃ apd illos sunt. Di-
gnꝰ ẽ em̃ operariꝰ mercede sua

In oẽm terram exiuit Offer.
sonus eorũ: ꝛ i fines orbis terre
verba eoꝝ. Offer. Mihi autẽ
nimis honorati sũt amici tui ds
nimis ꝯfortatus ẽ p̃ncipatꝰ eoꝝ

Constitues eos prin- Offer.
cipes sup oẽm terram memores
erũt nominis tui: in omni ꝓgenie
ꝛ generatione. Secre. Debi
tũ dñe nr̃e s̃uitutis reddimꝰ
obsequiũ: suppliciter exoran
tes: vt beati. N. apostoli tui
suffragijs in nobis tua mũe
ra tuearis: cuius honorãdo
ꝓfessionẽ: tibi laudis hostiã
imolamꝰ Per do. Secretũ

Munera de pluribꝰ aplis.
dñe que pro aploꝝ tuoꝝ. N.
et N. solẽnitate deferimus:
propicius suscipe: ꝛ mala oĩa
que meremur auerte. Per.

Amen dico vobis: qḋ Commo.
vni ex minimis meis fecistis: mi-
hi fecistis: venite benedicti prĩs
mei: possidete p̃paratũ vobis re-
gnum ab initio seculi. Commo.

Amen dico vobis: q vos qui reliquistis oĩa et secuti estis me: centuplũ accipietis: ⁊ vitã eternam possidebitis. Com. Uos qui secuti estis me: sedebitis sup sedes: iudicãtes duodecim trib⁹ israel: dicit dominus. Compl. Beati apostoli tui. N. qs dñe: intercessione nos adiuua: in cuius solẽnitate percepimus tua scã letãtes. Per.

Complẽda de plurib⁹ aplis.

Quesumus dñe: salutarib⁹ repleti mysterijs: vt quoꝝ solẽnia celebramus: eoꝝ orõnibus adiuuemur. Per dñz.

De vno martyre põtifice et nõ põtifice: et pmo tempore

Protexisti paschali me deus a cõuentu malignãtiũ: alleluia a multitudine operantiũ iniquitatẽ: alla alla. ps. Exaudi deus orõnẽ meã: cũ dep cor a timore inimici eripe aiaz meã. Letabitur Introi. iustus in domino: ⁊ sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. ps. Exaudi de⁹ orõnem meã: dũ dep cor a timore inimici eripe animã meã. Introi.

In virtute tua dñe letabit iustus: et sup salutare tuũ exultabit vehementer: desideriũ anie ei⁹ tribuisti ei. ps. Et volũtate labioꝝ eius: nõ fraudasti eũ.

Iustus vt palma Introi florebit: sicut cedr⁹ libani multiplicabit: plãtatus in domo dñi in atrijs domus dei nri. ps. Bonũ est ↄfiteri dño: ⁊ psallere noi tuo altissime. Introi.

Iustus nõ cõturbabit: qꝛ dñs firmat manũ eius: tota die miseretur: ⁊ cõmodat: ⁊ semen eius in benedictiõe erit: in eternũ conseruabitur. ps. Noli emulari in malignãtib⁹: neqꝫ zelaueris faciẽtes iniqtatẽ. Introi.

Gloria ⁊ honore coronasti eum: ⁊ cõstituisti eum super opera manuũ tuarũ domie. ps. Domine dñs nr: q admirabile ẽ nomẽ tuũ in vniuersa terra.

De martyre ⁊ põtifice. Oro.

Motiuos nos qs dñe beati. N. martyris tui atqꝫ põtificis natalis semp excipiat: qui et iocũditatem nob sue glorificatõis infundat: et nos tibi reddat acceptos. Per. De martyre nõ

Oresta pōtifice. Orō.
Omnipotens ops deus: vt qui
beati. N. martyris tui nata-
licia colimus a cūctis malis
iminētibus eius intercessio
ne liberemur. Per dominū.
Lcō libri sapie. Eccliast. xxxi
BEatus vir: qui inuen-
tus ē sine macula: et q̄
post aurū nō abijt: nec spauit
in thesauris pecunie. Quis
est hic et laudabimus eū? Fe
cit em̄ mirabilia in vita sua.
Qui probatus est in illo et p-
fectus inuētus est: et erit illi
gl'ia eterna Qui potuit trās-
gredi: et non est trāsgressus:
et facere mala: et nō fecit Jdō
stabilita sunt bona illius: in
dño: et elemosynas illi⁹ enar
rabit om̄is ecclesia sanctorū.
Lectio libri Sapientie. iiij.
IUstus: si morte preoc-
cupatus fuerit: in refri
gerio erit. Senectus em̄ ve-
nerabilis est: non diuturna:
neq̄ annorū numero cōpu-
tata. Cani autē sunt sensus
hominis: et etas senectutis:
vita immaculata. Placens
deo factus dilectus: et viuēs
inter peccatores: trāslatus ē
Raptus est ne malicia muta
ret intellectū ei⁹: aut ne fictiō
deciperet animā illius. Cō-
summatus in breui: expleuit
tp̄a multa. Placita em̄ erat
deo anima illius Propt̄ hoc
pperauit educere illū: de me
dio iniquitatū: q̄m gr̄a dei: et
misc̄dia est in sanctos eius:
et respectus sup electos illi⁹.
Lcō libri sapie. Eccliast. xiiij
BEatus vir qui in sapiē
tia morabit̄: et qui in iu
sticia meditabitur: et in sen-
su cogitabit circumspectōe
dei. xv. Cibabit illū pane vi
te: et itellect⁹: et aqua sapiētie
salutaris potabit eū. Et fir-
mabit̄ in illo: et nō flectet̄: et
ptinebit eū: et nō ɔfundetur.
Et exaltabit illū: apud proxi
mos suos: et noīe eterno here
ditabit eum dominus deus
noster. Lcō libri Sapien.
IUstus Eccliast. xxxix.
cor suū: tradet ad vigi-
lādum diluculo ad dominū:
qui fecit illum: et in cōspectu
altissimi deprecabitur. Ape
riet os suum in or̄one: et pro

delictis suis deprecabitur. Si enim dominus magnus voluerit: spiritu intelligentie replebit eum Et ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientie sue: et in oratione confitebitur domino Et ipse diriget consilium eius et disciplinam: et in absconditis suis conciliabitur Et ipse palam faciet disciplinam doctrine sue: et in lege testamenti sui gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius: et vsque in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius: et nomen eius requiretur a generatione in generationem. Lectio libri sapien. Prouerbio. iij.

Beatus homo qui inuenit sapientiam: et cui affluit prudentia. Melior est enim acquisitio eius: negociatione auri: et argenti: primi et purissimi fructus eius. Preciosior est cunctis opibus sapientia: et omnia que desiderantur: huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius: et in sinistra illius diuitie et gloria. Vie eius: vie pulchre: et omnes semite eius pacifice. Lignum vite est his qui apprehenderint eam: et qui tenuerint eam: beati. Dominus sapientia fundauit terram: et stabiliuit celos prudentia. Sapientia illius: eruperunt abyssi: et nubes rore concrescunt. ij. Ad thymothe. ij.

Charissime. Nemo militans deo: implicat se negocijs secularibus: vt ei placeat: cui se probauit. Nam et qui certat in agone: non coronabitur: nisi qui legittime certauerit Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intellige que dico. Dabit enim tibi dominus: in omnibus intellectum. Memor esto dominum iesum christum: resurrexisse a mortuis: ex semine dauid: secundum euangelium meum: in quo laboro vsque ad vincula quasi male operans: sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: vt et ipsi salutem consequantur: que est in christo iesu: cum gloria celesti. ij. Ad thymo. iiij.

Testificor coram deo: et christo iesu: qui iudicaturus est viuos et mortuos: et per aduentum ipsius et regnum eius;

predica verbū: insta oportu-
ne: iportune argue: obsecra:
increpa: in omni patiētia: et
doctrina. Erit eñ temp⁹ cū
sanam doctrinā non sustine
bunt: sed ad sua desideria: co
aceruabunt sibi magistros:
prurientes auribus: ⁊ a verita
te quidē auditū auertent: ad
fabulas autē cōuertētur. Tu
vero vigila: in oībus labo-
ra: opus fac euāgeliste: mini
steriū tuū imple: sobrius esto
Ego eñ iam delibor: et tem-
pus resolutōnis mee instat.
Bonū certamē certaui: cur-
sum ꝯsummaui: fidem serua
ui. In reliquo reposita ē mi-
hi corona iusticie: quam red
det mihi dñs: in illa die iust⁹
iudex. Nō solum autē mihi:
sed ⁊ hijs qui diligūt aduen-
tū eius. Grad. Posuisti dñe
super caput eius: coronā de lapi-
de precioso. ℣. Desideriū anime
eius tribuisti ei: ⁊ volūtate labio
rū eius nō fraudasti eū. Grad.
Beatus vir qui timet dñm: in mā
datis eius cupit nimis. ℣. Po-
tens in terra erit semen eius ge-
neratio rectorū benedicet. Gra

Domine preuenisti eū in bene-
dictionibus dulcedinis posuisti
in capite eius coronā de lapide
precioso. ℣. Vitam petijt a te: ⁊
tribuisti ei longitudinē dierū in
seculū seculi. Grad. Iustus nō
cōturbabitur: quia dominus fir
mat manū eius. ℣. Tota die mi
seretur et comodat ⁊ semen eius
in benedictione erit. Gradua.
Gloria ⁊ honore coronasti eum
et constituisti eum super opera
manuū tuarū. ℣. Quoniā eleua
ta ē magnificentia tua sup celos
Iustus vt palma flore- Grad.
bit: sicut cedrus libani: multipli-
cabit᷑ in domo dñi. ℣. Ad annū-
ciandū mane misericordiā tuā: ⁊
veritatem tuā per noctē.
Alleluia. ℣. Iustus vt pal
ma florebit: ⁊ sicut cedrus libani
multiplicabitur. Alla. ℣. Bea
tus vir qui timet dominū: in mā
datis ei⁹ cupit nimis. Alleluia.
℣. Letabitur iustus in domino:
⁊ sperabit in eo: et laudabūt᷑ oēs
recti corde. Alla. ℣. Posuisti
dñe super caput eius: coronā de
lapide ꝑcioso. Alleluia. ℣. Co-
rona aurea super caput eius: ex-
pressa signo sanctitatis glīe ⁊ honoris.

Desideriū aie ei⁹ tribuisti ei: et volūtate labioꝝ eius nō fraudasti eū. ℣. Qm̄ preuenisti eū: in benedictiōe dulcedinis ℣. Posuisti sup caput eius coronam de lapide ꝑcioso. Tractus

Sequēstia de vno Martyre.

Spe mercedis et corone stetit martyr in agone ad mortē obediens. Morte christū imitatus fide firmus ⁊ firmat⁹ firmo gressu gradiēs. Ferit furor militaris vt vir sacer sacris aris immoletur hostia. Quē occidūt ⁊ sciētes introducūt nesciētes ad eterna gaudia. Christi fortis hic adletha qui subire mente leta mortē non abhorruit. Ut sit salus infirmorū ⁊ medelam peccatoꝝ gratiā promeruit. Ceci claudi surdi muti sunt ad vsum restituti diuina clemētia. Non est morbus quē non curet dum morbosuz nō obduret tarda diffidentia. Hostes christi christo cedūt signa signis dum succedūt argumēto fidei. Ergo martyr inuocetur vt per eum nobis detur ad eterna puehi.

Scdm matheum. xvj.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si q̄s vult venire post me: abneget semetipm̄: ⁊ tollat crucem suam: ⁊ sequatur me. Qui em̄ voluerit animā suam saluā facere: perdet eā. Qui autē perdiderit animā suā propter me: inueniet eā. Quid em̄ prodest homini: si vniuersum mūdum lucretur anime vero sue: detrimentū patiatur? Aut quā dabit homo ꝯmutatiōem pro anima sua? Filius em̄ hominis venturus est: i gloria patris sui: cū angelis suis: ⁊ tūc reddet vnicuiq; scdm opa ei⁹. Amē dico vobis. Sunt quidā de hic stātibus: qui non gustabunt mortē: donec videant filiuz hominis: venientē in regno suo.

Scdm iohem. xij.

In illo tēpore. D. i. d. s. Amē amen dico vob: nisi granū frumēti: cadēs in terram: mortuū fuerit: ipsuz solum manet. Si autē mortuū fuerit: multum fructum affert. Qui amat animā suā perdet eam Et qui odit animam suam in hoc mūdo: in vitam eternā custodit eam.

Si quis mihi ministrat: me sequat. Et vbi sum ego: illic et minister meus erit. Si qs mihi ministrauerit: honorificabit eũ pr̃ meus: qui in celis est. Scd̃m Lucam. xiiij.

IN il. t. Dixit ihs discipulis suis. Si quis venit ad me: et nõ odit patrem suũ: et matrẽ: et vxorẽ: et filios et fratres: et sorores: adhuc ãt et aniam suam: nõ põt meus esse discipulus. Et qui nõ baiulat crucẽ suam: et venit post me: nõ põt meus esse discipulus. Quis eñi ex vobis volẽs turrim edificare: nõne ꝓus sedẽs cõputat sumptus: qui necessarij sunt: si habeat ad ꝑficiendũ. Ne postq̃ posuerit fundamentũ: et nõ potuerit ꝑficere: oẽs qui vident incipiant illudere ei: dicentes. Quia hic hõ cepit edificare: et nõ potuit cõsũmare? Aut qs rex: iturus cõmittere bellũ: aduersus aliũ regẽ: nõ sedẽs prius: cogitat si possit cũ decẽ milibus occurrere ei: q̃ cũ viginti milibus: venit ad se? Alioquin: adhuc illo longe agente: legatõem mittẽs rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omĩs ex vobis: qui nõ renũciat: omĩbus que possidet: non põt meus esse discipulus. Scd̃m Matheum. x.

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Nolite arbitrari: q venerim pacem mittere in terrã. Nõ veni pacem mittere: sed gladiũ. Veni eñi separe hominẽ aduersus patrẽ suum: et filiã aduersus matrem suam: et nurũ aduersus socrum suã: et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrẽ: aut matrẽ: plus q̃ me: nõ est me dignus. Et qui amat filiũ: aut filiaz: sup me: nõ est me dignus. Et qui nõ accipit crucẽ suã et sequit me: nõ est me dignus. Qui inuenit animã suam: perdet illam. Et qui perdiderit animam suaz propter me: inueniet eã. Qui recipit vos: me recipit. Et qui me recipit: recipit eũ q̃ me misit. Qui recipit ꝓphetã in noie prophete: mercedẽ ꝓphete accipiet. Et qui recipit iustũ i noie iusti:

mercedem iusti accipiet. Et quicũq3 potũ dederit: vni ex minimis istis: calicẽ aque frigide tantũ in noie discipuli: amen dico vobis: nõ perdet mercedẽ suã. Offer. Gloria z honore coronasti eũ: z cõstituisti eũ sup opera manuũ tuar3 dñe. Offer. In virtute tua dñe letabitur iustus: z sup salutare tuũ exultabit vehementer: desideriũ anime eius tribuisti ei. Offert. Desideriũ anime eius tribuisti ei dñe: z volũtate labior3 eius nõ fraudasti eum: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. Offer. Posuisti dñe in capite eius: coronam de lapide precioso: vitam petijt a te: tribuisti ei.

De martyre z põtifice Secr.

Presentia munera q̃s dñe: ita serena pietate intuere: vt sancti spiritus perfundãtur benedictõe: z cordibus nr̃is eam plenius infundant: per quã sanct⁹. N. martyr tuus: z põtifex omnia corporis sui tormenta deuicit. Per eius.

De martyre nõ põti. Secr.

Sacrificiũ dñe: qđ desiderãter offerimus: gratũ tibi beatus martyr. N. reddat suffragator. Per dñ3 nr̃m. Com. Posuisti dñe in capite eius: coronã de lapide p̃cioso. Commo. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnũ decorẽ impones sup eum dñe. Commo. Qui vult venire post me: abneget semetipsum z tollat crucem suam et sequatur me. Commo. Letabit̃ iust⁹ in dño z sperabit in eo: z laudabũt̃ oẽs recti corde. Com. Qui mihi ministrat: me sequatur: z vbi ego sum: illic z minister meus erit. Com. Ego sum vitis vera: z vos palmites: q̃ manet in me: z ego in eo: hic fert fructũ multũ: alleluia alla.

De martyre z pontifice Compl.

Plebs tua domine scti. N. martyris tui: atq3 pontificis: glorificatõe te magnificet: z eodẽ precãte: semp te mereatur habere protectorẽ. Per.

De martyre nõ põti. Cõpl.

Sacramẽta tua domie beati. N. martyris tui: preciosa passione: solẽnia que colim⁹ nos refoueant: quibus z iugiter satiamur: z semper desideramus expleri. Per do.

De pluribus martyribus. Introitus.

SApientiā sanctorū: narrant ppli: ⁊ laudē eorū nūciat ecclesia: nomia autē eorū viuēt in seculum seculi. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio. Intro

INtret in cōspectu tuo domine gemitus cōpeditorū: redde vicinis nostris septuplū in synu eorū: vindica sanguinē sanctorū tuorū: qui effusus est. ps. Deus venerūt gentes in hereditatem tuā: polluerūt templū sanctū tuū.

SAncti tui dñe Introitus. bñdicent te: gloriā regni tui dicent alleluia. ps. Exaltabo te deus meus rex: et benedicam nomini tuo: in sclm et i sclm scli.

CLamauerūt Introitus iusti: ⁊ dñs exaudiuit eos ⁊ ex omnibus tribulationibus eorū liberauit eos. ps. Bñdicā dñm in oī tpe sp laus eius in ore meo.

ECce oculi dñi: sup Introitus. metuētes eū: sperātes in misericordia eius alleluia: vt eripiat a morte aīas eorū: quoniaꝫ adiutor ⁊ ptector noster est alla alleluia. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio.

SAlus autē iustorū Introitus. a domino ⁊ ptector eorū est in tempore tribulatiōis ps. Noli emulari in malignātibus neq̃ zelaueris faciētes iniquitatē.

IUdicant sancti Introitus. gentes ⁊ dominantur populis: regnabit dñs deus illorū imperpetuū. ps. Exultate iusti in dño: rectos decet collaudatio

TImete dñm: oēs Introitus sci eius qm̄ nihil deest timētibus eū: diuites eguerūt ⁊ esurierūt: inquirētes aūt dñm nō deficiēt omni bono ps. Benedicā dñm in omni tpe: semper laus eius

IUsti Introitus. in ore meo epulentur ⁊ exultēt in cōspectu dei: ⁊ delectētur in leticia ps. Exurgat deus et dissipētur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

OMnips sempiterne deus: q per gloriosa bella certaminis: ad immortales triūphos scōs martyres tuos extulisti: da cordibus nr̄is dignā pro eorū cōmemoratiōne leticiā: vt quorū patrocinia pio amore amplectimur: eorū precibus adiuuemur. Per dnm.

Lectõ libri sapiẽtie. iij.
Iustorũ anime: in manu dei sunt: ꝛ nõ tanget illos tormentũ mortis. Uisi sunt oculis insipientiũ mori: ꝛ estimata ẽ afflictõ exitus illoꝝ. Et q̄ a nob est iter extermini: illi autẽ sunt in pace. Et si corã hoĩbus: tormẽta passi sunt: spes illoꝝ: imortalitate plena est. In paucis vexati: in multis bñ disponent: qm̃ deus temptauit illos: ꝛ inuenit eos dignos se. Tanq̄ aurũ in fornace ꝓbauit eos: et quasi holocausta hostie: accepit illos: ꝛ in tpe erit respectus illoꝝ. Fulgebũt iusti: et tanq̄ scintille in arundineto discurrẽt. Judicabunt nationes: ꝛ dñabuntur ꝑplis. Et regnabit dñs illoꝝ imperpetuũ.

Lcõ libri Sapientie. v.
Iusti autẽ imperpetuũ viuẽt: et apud dñm est merces eoꝝ: ꝛ cogitatio illorũ apud altissimũ. Ideo accipient regnũ decoris: ꝛ dyadema speciei: de manu dñi: qm̃ dextera sua teget eos ꝛ brachio sctõ suo defendet illos. Accipiet armaturã zelus illius: et armabit creaturã ad vltionẽ inimicoꝝ. Induent pro torace iusticiã: ꝛ accipiẽt pro galea: iudiciũ certũ. Sumẽt scutum: inexpugnabile equitatẽ. Ibunt directe promissiones. Et ad certũ locũ deducet illos dñs deus nr̃.

Lcõ libri sapieñ. Ecclesiastici xliiij.
Hi sunt viri misericordie: quoꝝ iusticie obliuionẽ nõ acceperũt. Cũ semine eoꝝ permanẽt bona hereditas sctã: nepotes eoꝝ. Et in testamẽtis stetit semẽ eoꝝ: ꝛ filij eoꝝ: propter illos vsq̄ in eternũ manẽt. Generatio eoꝝ: et gloria eoꝝ non derelinquet. Corpora eorũ in pace sepulta sũt: ꝛ nomina eoꝝ viuent in secula. Sapiẽtiam ipõꝝ narrabũt omnes populi: ꝛ laudem eoꝝ pnũciat omnis ecclesia sanctorũ.

Lectõ libri sapiẽtie. x.
Reddet deus mercedẽ laboꝝ sanctoꝝ suorũ: ꝛ deducet illos in via mirabili. Et fuit illis in velamẽto diei: et in luce stellaꝝ nocte. Trãstu

lit illos per mare rubrum: et
trāsuexit illos per aquam ni
miā. Inimicos aūt illoꝝ de
mersit in mare: ⁊ ab altitudi
ne inferoꝝ eduxit illos. Ideo
iusti tulerūt spolia impioꝝ:
⁊ decātauerūt dn̄e nomē san
ctū tuū. Et victricē manum
tuā laudauerūt pariter Dn̄e
deus noster. j. Corinth. iiij.

F Ratres. Spectaculū
facti sumus mundo: ⁊
angelis: ⁊ hoībus Nos stul
ti ꝓpter christū: vos aūt pru
dentes in xp̄o Nos infirmi:
vos aūt fortes Vos nobiles
nos autē ignobiles. Usqꝫ in
hanc horam: ⁊ esurimus: ⁊ si
timus: ⁊ nudi sumus: ⁊ cola
phis cedimur: et instabiles
sumus: et laboramus opan
tes manibus nostris Male
dicimur: ⁊ benedicim⁹ Per
secutōem patimur: ⁊ sustine
mus. Blasphemamur: ⁊ ob
secramus. Tanq̄ purgamē
ta hui⁹ mūdi facti sum⁹ oīm
peripsima vsqꝫ adhuc. Non
vt cōfundam vos hec scribo:
sꝫ vt filios meos charissimos
moneo. In xp̄o ihū dn̄o nr̄o

Lectō libri apocalypsis beati

I N die- iohis apli. xxj.
bus illis. Rn̄dens vn⁹
de seniorib⁹: dixit mihi. Ab
sterget deus oēm lachrymā
ab oculis sanctoꝝ: ⁊ mors vl
tra nō erit: neqꝫ luctus: neqꝫ
clamor: neqꝫ dolor erit vltra
que ꝑma abierūt. Et dixit: q̄
sedebat in throno. Ecce no
ua facio oīa. Et dixit mihi
Scribe: quia hec verba fide
lissima sunt: ⁊ vera. Et dixit
mihi. Factum est. Ego sum
alpha et o: initium: et finis.
Ego sitiēti dabo fontē aque
viue: gratis Qui vicerit pos
sidebit hec. Et ero illi deus:
⁊ ille erit mihi filius. ij. Ad

F Rēs. thessalonicē. j.
Grās agere debem⁹:
semꝑ deo pro vobis: ita vt di
gnū est: qm̄ supcrescit: fides
vr̄a: ⁊ abūdat charitas vniuſ
cuiusqꝫ vestrū: inuicē: ita vt ⁊
nos ipsi in vobis gloriemur ī
ecclesijs dei: pro patiētia vr̄a
⁊ fide: ⁊ in oībus psecutiōib⁹
vr̄is: ⁊ tribulatōib⁹: quas su
stinetis: in exemplū: iusti iu
dicij dei: vt digni habeamini

in regno dei: pro quo ⁊ pati-
mini. Si tñ iustuȝ est: apud
deū: retribuere tribulationē
his qui vos tribulāt: ⁊ vobis
qui tribulamini: requiē no-
biscū in revelatōe dñi iesu: d
celo cū angelis ꝟtutis eius:
in flāma ignis dātis vindi-
ctam hĳs q̄ nō nouerūt deū:
⁊ qui nō obediūt euangelio:
dñi nr̄i iesu xp̄i. Qui penas
dabūt in interitu eternas: a
facie dñi: ⁊ a gl'ia ꝟtutis eiꝰ:
cū venerit glorificari in sctis
suis: et ammirabilis fieri: in
omnibus: qui crediderūt in
iesum christū dñm nostrum.

R̄es. ĳ. Corintheo. j.

Benedictꝰ deus: ⁊ pa-
ter dñi nr̄i iesu xp̄i: pater mi-
sericordiaꝝ: ⁊ deus totius cō
solatōis: qui cōsolat̄ nos: in
omi tribulatōe nr̄a: vt possi-
mus ⁊ ipi ꝯsolari eos qui in
oi pressura sunt: ꝑ exhortatō
nem: qua exhortamur: ⁊ ipsi
a deo: qm̄ sicut abūdant pas-
siones xp̄i: in vobis: ita ⁊ per
xp̄m habūdat cōsolatio nr̄a.
Siue aūt tribulamur: ꝑ vr̄a
exhortatōe: ⁊ salute: siue cō-
solamur pro vr̄a ꝯsolatōe: si-
ue exhortamur: ꝑ vr̄a exhor
tatione ⁊ salute: que opatur
tollerantiā earūdem passio-
nū quas ⁊ nos patimur. Et
spes nostra: firma sit pro vo-
bis: scientes quoniā sicut so-
cĳ passionū estis: sic eritis et
ꝯsolationis. In christo iesu
dño nr̄o. Ad hebre. xj.

R̄es. Sancti per fidē
vicerūt regna: operati sūt iu-
sticiā: adepti sūt repromissio
nes Obturauerūt ora leonū
extinxerūt impetū ignis. Ef-
fugauerūt aciē gladĳ: cōua-
luerūt de infirmitate: fortes
facti sūt in bello. Castra ver-
terūt exteroꝝ: acceperūt mu
lieres de resurrectione mor-
tuos suos. Alĳ aūt distenti
sunt: nō suscipientes redem
ptōem: vt meliorē inuenirēt
resurrectōem Alĳ vero ludi
bria: ⁊ verbera experti: insu-
per et vincl'a: ⁊ carceres: lapi-
dati sunt: secti sunt: temptati
sunt: in occisione gladĳ mor
tui sunt. Circuierūt in melo
tis: in pellibꝰ caprinis: egen-
tes: angustiati: afflicti: quibꝰ

dignus nõ erat mũdus. In
solitudinib⁹ errãtes: in mõ-
tib⁹: ꝛ spelũcis: ꝛ in cauernis
terre. Et hij oẽs testimonio
fidei ꝓbati inuenti sunt. In
christo iesu dño nr̃o. Grad.
Gloriosus deus in sctis: mirabi
lis in maiestate faciẽs prodigia.
℟. Dextera tua dñe glĩficata est
in ꝟtute: dextera manus tua cõ-
fregit inimicũ. Grad. Vindi-
ca dñe sanguinẽ sctõꝝ tuoꝝ: qui
effusus est. ℟. Posuerũt morta-
lia seruoꝝ tuorũ: escas volatilib⁹
celi: carnes scõꝝ tuoꝝ bestijs t're
Ecce q̃ bonũ ꝛ q̃ iocun- Gra.
dũ habitare fratres in vnum ℟.
Sicut vngentũ in capite qd̃ de-
scẽdit in barbã barbã aaron. ℟.
Mandauit dñs benedictõem et
vitam vsq₃ in seculũ. Gradua.
Iustoꝝ anie in manu dei sunt ꝛ
nõ tãget illos tormentũ malicie
℟. Visi sunt oculis insipientiũ
mori illi aũt sunt in pace. Gra.
Exultabũt sancti in gl'ia letabũ
tur in cubilib⁹ suis. ℟. Cantate
dño canticũ nouũ laus ei⁹ in ec-
clesia sctõꝝ. Grad. Clamaue
rũt iusti ꝛ dñs exaudiuit eos: ꝛ ex
oibus tribulatõibus eoꝝ libera-
uit eos. ℟. Iuxta ẽ dñs hijs qui
tribulato sunt corde et humiles
spũ saluabit. Gra. Timete do
minũ oẽs sci eius: q̃m nihil deest
timẽtibus eũ. ℟. Inquirẽtes ãt
dñm nõ deficiẽt oi bono. Gra.
Anima nr̃a sicut passer erepta
est de laqueo venantium. ℟. La-
queus ꝯtritus est ꝛ nos liberati
sumus: adiutoriũ nostrum in no
mine dñi: qui fecit celũ ꝛ terram.
Alleluia. ℟. Letamini i do
mino: et exultate iusti: et
gl'iamini oẽs recti corde. Alla.
℟. Gaudete iusti in dño: rectos
decet collaudatio. Alleluia. ℟.
Sancti tui dñe bñdicent te: glo
riam regni tui dicent. Alla. ℟.
Iusti epulẽtur et exultẽt in con
spectu dei: ꝛ delectẽtur in leticia
Alla. ℟. Iusti exultent in eterne
re cũ dño: sol illis vltra nõ obscu
rabit. Alla. ℟. Mirabilis dñs
noster in sanctis eius. Alla. ℟.
Iudicabũt sancti natiões ꝛ dña
bũtur ppl'is: ꝛ regnabit illoꝝ rex
ineternũ. Alla. ℟. Fulgebunt
iusti ꝛ tanq̃ scintille in arũdine
to discurrẽt ineternũ. Alla. ℟.
Exultabũt sancti in gl'a letabũt
in cubilib⁹ suis. Sequẽtia de

O Beata btō Martyribus rū martyrꝝ solēnia. O de uote recolēda victorꝝ certamina O igni dignis fulgent signis et florent virtutibus. Illos semꝑ cōdecēter veneremur laudibus Fide voto corde toto adhesert dño. Et inuicti sūt adicti atroci martyrio Carcerati trucidati pertulerūt plurima. Igne lesi ferro cesi tormētorꝫ gña. Ouz sic torti cedūt morti carnis per i teritum vt electi sūt adepti beatorū premia. Per cōtemptum mūdanorū ꝛ per bella fortia meruerūt angelorū victores cōsortia. Ergo facti coheredes xp̄o in celestibus. Apud ipsuz vota nr̄a ꝓmouete ꝑcibus. Et post finē huius vite ꝛ post trāsitoria. In ꝑhenni mereamur exultari glia.

In illo Scdm math. x. tpe. Dixit ihs discipulis suis. Nihil enī opertū qd nō reueletur: ꝛ occultū quod nō sciatur Qd dico vobis in tenebris: dicite in lumie. Et qd in aure auditis: ꝑdicate super tecta Et nolite timere eos: qui occidūt corpus: animam āt nō possunt occidere Sz potius eū timete: qui pōt animā: et corpus perdere in gehennā. Nonne duo passeres asse veneunt ꝛ vnus ex illis nō cadet super terrā: sine patre vr̄o: Uestri aūt capilli capitis oēs numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos Ois ergo qui confitebit me corā hoibus: ꝯfitebor et ego eum coraz patre meo: qui in celis est. Scdm Lucam. vi.

In illo tpe Descendēs iesus de mōte: stetit in loco cāpestri Et turba discipulorꝫ eius ꝛ multitudo copiosa plebis ab oī iudea: ꝛ hierusalē: ꝛ maritima: et tyri: ꝛ sydonis: qui venerant vt audirēt eū: ꝛ sanarētur a languoribus suis. Et qui vexabant a spiritibus immūdis: curabātur. Et oīs turba q̄rebat euz tāgere: qꝛ vtus de illo exibat ꝛ sanabat oēs. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos: dicebat Bti paupes: qꝛ vr̄m est regnū dei. Beati qui nūc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nūc fletis: qꝛ ride

OPtaui: ⁊ datus est mihi sensus: ⁊ inuocaui: ⁊ venit in me spirit⁹ sapie. Et preposui illā regnis ⁊ sedib⁹. Et diuitias: nihil esse dixi: in cōparatōe illi⁹. Nec cōparaui illi lapidē preciosum. Qm̄ oē aurū in comparatōne illius: arena est exigua: et tanq̄ lutum estimabitur argentū in cōspectu illius. Sup salutē: ⁊ speciē: dilexi illā: et proposui pro luce: habere illam. Quoniam inextinguibile ē lumē illius. Venerūt aūt mihi oīa bona: pariter cū illa: et innumerabilis honestas per manus illius. Et letatus sum ī omnibus quoniā antecedebat me: ista sapiētia: ⁊ ignorabam: quoniā oīm mater ē. Quā sine fictione didici: ⁊ sine inuidia cōmunico bonis illius. Honestatē illius non abscōdo. Infinitus em̄ thesaurus ē hoibus: quo qui vsi sunt: participes facti sūt amicitie dei. Lectō libri sapiēn. x.

IUstū deduxit dn̄s per vias rectas: ⁊ ostendit illi regnū dei. Et dedit illi scientiā sanctorū. Honestauit illū in laborib⁹: ⁊ cōpleuit labores illius. In fraude circūuenientiū illū: illi affuit. Et honestū fec̄ illū. Custodiuit illū ab inimicis: ⁊ a seductorib⁹ tutauit illū. Et certamē forte dedit illi: vt vinceret et sciret: quoniā oīm potentior est sapiētia. Hec venditū iustum nō dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eū. Descēditq̄ cū illo in foueam: et in vinculis nō dereliquit eū: donec afferret illi sceptrū regni: ⁊ potentiā aduersus eos: qui eū deprimebāt. Et mendaces ostēdit: qui maculauerunt eū. Et dedit illi claritatem eternā: dn̄s deus noster

FRatres. Ad hebre. v.

Omīs pontifex ex hoib⁹ assumpt⁹: pro hoib⁹ cōstituit: in his q̄ sūt ad deū: vt offerat dona ⁊ sacrificia: p peccatis. Qui condolere possit his q̄ ignorant ⁊ errāt: quoniam ⁊ ipse circumdat⁹ est: infirmitate. Et ppterea debet quēadmodū pro populo: ita etiā ⁊ p semetipso offerre p pctis

Nec quisq̃ sumat honorẽ si-
bi: sed qui vocat a deo: tanq̃
aaron. Sic ꝛ christus nõ se-
metipm clarificauit vt põti-
fex fieret: sed qui locutus est
ad eũ. Filiꝰ meus es tu: ego
hodie genui te. Quẽadmo-
dũ in alio loco dicit Tu es sa
cerdos ineternũ: scd̃m ordi-
nẽ melchisedech. Graduale
Ecce sacerdos magnus: qui in
diebus suis placuit deo. ℣. Nõ
ẽ inuẽtus silis illi qui cõseruaret
legem excelsi. Grad. Jurauit
dñs ꝛ nõ penitebit eũ: tu es sacer
dos ineternũ ꝫm ordinẽ melchi-
sedech. ℣. Dixit dñs dño meo se
de a dextris meis. Gra. Inue
ni dauid seruũ meũ ĩ oleo sancto
vnxi eũ: manꝰ eñi mea auxiliabit
et: ꝛ brachiũ meũ confortabit eũ
℣. Nihil pficiet inimicus meo:
ꝛ filius iniq̃tatis nõ nocebit eũ.
Sacerdotes eiꝰ induãt Gra.
salutare: ꝛ sancti eius exultatiõe
exultabũt. ℣. Illuc producã cor
nu dauid: paui lucernã xp̃o meo
O s iusti meditabit sa- Grad.
pientiã: ꝛ lingua eius loquet in-
dicium. ℣. Lex dei eius in corde
ipiꝰ ꝛ nõ supplãtabũt gressus eiꝰ

Alleluia. ℣. Jurauit dñs ꝛ
non penitebit eũ tu es sa-
cerdos ineternũ: scd̃m ordinem
melchisedech. Alla. ℣. Iste est
qui añ deũ magnas virtutes opa
tus est: ꝛ oĩs terra doctrina eius
repleta est. Alla. ℣. Iste ẽ san-
ctus homo qui placuit dño deo:
in diebꝰ suis: ꝛ in templo dei ceu
sol refulsit. Alla. ℣. Justus ger
minabit sicut liliũ: ꝛ florebit in-
eternũ ante dñm. Alleluia. ℣.
Inueni dauid seruũ meum: oleo
sancto meo vnxi eum. Alla. ℣.
Justũ deduxit dñs p vias rectas
ꝛ ostendit illi regnum dei. Alla.
℣. Iste sanctus digne in memo
riam vertit hominũ qui ad gau-
dium trãsijt angelorũ. Alla. ℣.
Domine ĩ virtute tua letabitur
rex et super salutare tuũ exulta-
bit vehemẽter. Tractꝰ. Beatus
vir: qui timet dñm: in mandatis
eius cupit nimis. ℣. Potens in
terra erit semen eius: generatio
rectorũ benedicetur. ℣. Gloria
et diuitie in domo eius: et iusti-
cia eius manet in seculum seculi.
Sequentia de confessoribus
Dilectus deo et hominibꝰ
Or erit angelicꝰ aspectꝰ eiꝰ

Verbũ vite lĩgua eius ꝛ quĩ dilexerit eã beatus. Labia eiꝰ mirra probatissima guttur eius dulcia rutilãs aromata. In circuitu dentiũ eiꝰ fortitudo ibi erit sapientia cũ cõsilio. Corpus illiꝰ quasi scutũ scutile ornatuꝫ gemmis vndiqꝫ. Via illiꝰ via simplicis libera coꝛ ĩ angustijs. Quis inuenit faciẽ eius ipe deꝰ fortis potens ꝛ ꝯsiliarius. Qui tenuerit verba sapiẽtie habebit spem vite sempiterne. Scdm Matheum.xxv.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolã hanc. Homo quidã peregre ꝓficiscẽs: vocauit seruos suos: ꝛ tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinqꝫ talẽta: alij autẽ duo: alij vero vnũ. Vnicuiqꝫ scdm propriã virtutẽ: et ꝓfectus ẽ statim. Abijt autẽ qui quiqꝫ talẽta acceperat: et opatus ẽ in eis: ꝛ lucratus ẽ alia quiqꝫ. Silr qui duo accepat: lucratus est alia duo. Qui ãt vnũ acceperat: abiẽs fodit in terram: ꝛ abscõdit pecuniã dñi sui. Post multũ vero tpis venit dñs seruoꝝ illoꝝ: ꝛ posuit rationẽ cũ eis. Et accedẽs qui quinqꝫ talẽta acceperat: obtulit alia quinqꝫ talẽta: dicens. Domie: quinqꝫ talẽta tradidisti mihi: ecce alia quĩqꝫ superlucratus sum. Ait illi dñs eius Euge serue bone et fidelis: qꝛ super pauca fuisti fidelis: super multa te cõstituam: intra in gaudiũ dñi tui. Accessit autẽ: et qui duo talenta acceperat: ꝛ ait. Domine duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone: et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis: super multa te cõstituam Intra in gaudium dñi tui.

Secundũ Lucam.xix.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: parabolã hãc. Homo quidã nobilis abijt in regionẽ longinquã accipere sibi regnũ: ꝛ reuerti. Vocatis aũt seruis suis: dedit illis decẽ mnas: ꝛ ait ad illos. Negociamini dũ venio. Ciues aũt eius oderãt illũ: ꝛ miserũt legatiõem post illũ: dicẽtes. Nolumꝰ hũc regnare

super nos. Et factū est vt re-
diret accepto regno: iussit vo
cari seruos: quib⁹ dedit pecu
niā: vt sciret: q̄tum quisq̧ ne
gociatus esset. Uenit āt pri-
mus: dicens. Dn̄e: mna tua
decē mnas acquisiuit Et ait
illi. Euge bone serue: quia i
modico fuisti fidelis: eris po
testatē habens: supra decē ci
uitates Et alter venit: dicēs
Dn̄e: mna tua fecit: quinq̧
mnas Et huic ait Et tu esto
sup quinq̧ ciuitates. Et alter
venit: dicēs. Dn̄e: ecce mna
tua: quā habui repositā in su
dario. Timui em̄ te: quia hō
austerus es: tollis qđ nō po
suisti: ꝛ metis: qđ nō semina
sti. Dicit ei. De ore tuo te iu
dico serue nequā. Sciebas:
q̄ ego hō auster⁹ sum: tollēs
qđ nō posui: ꝛ metens quod
nō seminaui. Et quare non
dedisti pecuniā meā ad men
sam: ꝛ ego veniens cū vsuris
vtiq̧ exegissem illđ. Et astā-
tibus dixit. Auferte ab illo
mnam: ꝛ date illi qui decem
mnas habet. Et dixerunt ei.
Dn̄e habet decem mnas. Di
co aūt vobis: qꝛ om̄i habenti
dabitur: ꝛ abūdabit: ab eo āt
qui nō habet: ꝛ qđ habet au-
feret ab eo. Scđm lucā. xij.

In il. t. D. ie. d. s. Sint
lumbi vr̄i p̄cincti: et lu-
cerne ardētes in manib⁹ ve-
stris Et vos siles hoibus: ex
pectātibus dn̄m suū: quādo
reuertatur a nuptijs. Et cū
venerit: ꝛ pulsauerit: ↄfestim
aperiāt ei. Bti s̄ui illi: quos
cū venerit dn̄s inuenerit vi-
gilātes. Amē dico vobis: q̄
p̄cinget se: ꝛ faciet illos discū
bere: et trāsiens ministrabit
illis. Et si venerit: in scđa vi-
gilia: ꝛ si in tertia vigilia ve-
nerit ꝛ ita inuenerit: bti sunt
serui illi. Hoc aūt scitote: q̄m
si sciret p̄rfamilias: qua ho-
ra fur veniret: vigilaret vtiq̧
ꝛ nō sineret perfodi domum
suam. Et vos estote parati:
qꝛ qua hora nō putatis: fili⁹
hoīs veniet. Scđm math.

In illo tpe. Di- xxiiij.
xit iesus discipl'is suis.
Uigilate: qꝛ nescitis qua ho
ra dn̄s vr̄ vēturus sit. Illud
āt scitote: quia si sciret pater-

familias qua hora fur ventu
rus esset: vigilaret vtiq;: ꝛ nõ
sineret perfodi domũ suam.
Ideo ꝛ vos estote parati: q2
qua hora nõ putatis fili⁹ ho-
minis vẽturus est. Quis pu-
tas est fidelis seruus: et pru-
dens; quẽ cõstituit dñs sup
familiã suã: vt det illis cibũ
in tpe? Btũs ille seruus quẽ
cũ venerit dñs eius: inuene-
rit sic facientẽ. Amẽ dico vo
bis quoniã sup oĩa bona sua
cõstituet eũ. Scdm math. v
In illo tpe Dixit iesus
discipulis suis. Vos
estis sal terre. Qđ si sal eua-
nuerit in quo salief. Ad nihi
lũ valet vltra: nisi vt mittaf
foras ꝛ ꝯculcetur ab hoibus
Vos estis lux mũdi. Nõ po
test ciuitas abscõdi: sup mõ-
tem posita: neq; accẽdunt lu
cernã ꝛ ponũt eã sub modio:
sed sup candelabrũ vt luceat
oĩbus qui in domo sũt. Sic
luceat lux vr̃a coraz hoibus:
vt videãt bona opa vr̃a: ꝛ glĩ
ficẽt patrẽ vr̃m qui in celis ẽ
Secũdum Lucam. xi.
In illo tpe D. i. d. s. Ne
mo accẽdit lucernã: et in ab-
scõdito ponit. Neq; sub mo-
dio: sed sup cãdelabrũ: vt qui
ingrediũtur: lumen videant
Lucerna corpis tui ẽ oculus
tuus. Si oculus tuus fuerit
simplex: totũ corpus tuũ luci
dũ erit. Si aũt nequã fuerit
etiã corpus tuũ tenebrosum
erit. Vide ergo ne lumẽ qđ i
te est: tenebre sint. Si ergo
corpus tuũ totum lucidũ fue
rit: nõ habens aliquã ptem
tenebrarũ: erit lucidũ totum.
Et sicut lucerna fulgoris il-
luminabit te. Scdm luc. xij
In il. t. Dixit ihs disci-
plĩs suis. Nolite time
re pusillus grex: q2 cõplacuit
patri vr̃o dare vobis regnũ.
Vendite que possidetis: ꝛ da-
te elemosinã. Facite vob sac
culos qui nõ veterascũt: the-
saurũ nõ deficientẽ in celis.
Quo fur nõ appropiat: neq;
tinea corrũpit. Vbi eñ the-
saurus vester ẽ: ibi ꝛ cor vr̃m
erit. Offerto. Inueni dauid
seruũ meũ et in oleo sancto vnxi
eum: manus eñ mea auxiliabif
ei: et brachiũ meũ cõfortabit eũ.

Ueritas mea ꝛ misericordia Offe. mea cũ ipo: ꝛ in noĩe meo exaltabitur cornu eius. De ↄfessore et

Propiciare pótifice Secre dñe supplicatõib⁹ nr̃is: ꝛ intercedẽte ꝑ nobis btõ. N. cõfessore tuo atq₃ põtifice: hui⁹ sacramẽtis celestib⁹ seruientes: ab oĩ culpa: liberos esse ꝯcede: vt purificãte nos: grã tua eisdẽ quib⁹ famulamur: mysterijs emũdemur. Per.

De ↄfessore nõ põtifice Secr.

Mystica nob dñe ꝓsit oblatio: que nos: ꝛ a reatibus nostris emundet: ꝛ intercedẽte btõ. N. confessore tuo: pietatis tue misericordie dona confirmet. Per.

De pluribus confessoribus.

Munera plebis tue: qs dñe: scõꝝ tuoꝝ tibi fiant grata suffragijs: et pro quoꝝ ↄmemoratõe nomini tuo offeruntur: ipsoꝝ digna efficiãtur ꝛ meritis Per do.

Domine quinq₃ talẽta Commo. tradidisti mihi: ecce alia quinq₃ superlucratus sum: euge serue fidelis: q: in pauca fuisti fidelis: sup multa te ↄstituã: intra in gaudiũ dñi tui. Com. Fidelis seruus ꝛ prudẽs: quẽ ↄstituit dñs super familiã suã: vt det illis i tempore tritici mẽsurã. Com. Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs: inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis sup oĩa bona sua ↄstituet eum.

De ↄfessore ꝛ põtifice Cõpl.

Sancti tui dñe ↄfessoris atq₃ pontificis. N. tribue nos supplicatiõe refoueri: vt cui⁹ depositõem annuo celebramus obsequio: eius apud te intercessiõibus emũdemur.

De ↄfessore nõ põtifi. Cõpl.

Refecti dñe benedictiõe solẽni: qs: vt ꝑ intercessiõem sancti. N. confessoris tui medicina sacramẽti: ꝛ corporib⁹ nr̃is prosit ꝛ mẽtibus. Per.

De pluribus confessoribus.

Natalicijs sanctoꝝ: ꝛ sacramẽti tui dñe munere vegetati: qs: vt bonis quib⁹ ꝑ gratiam tuã nũc fouemur: perfruamur eternis Per dñm.

De virginibus Introitus.

Gaudeamus oẽs in dño diem festũ celebrãtes i honore. N. virginis de cuius solẽnitate gaudẽt angeli et collau-

dant filiũ dei. ps̃. Eructauit cor
meũ verbũ bonũ dico ego opera
D Ilexisti Intr. mea regi
iusticiã: ⁊ odisti iniq̃tatẽ:
ꝓpterea vnxit te d̃s d̃s tuus oleo
leticie pre cõsortibus tuis. ps̃.
Eructauit cor meũ verbũ bonũ:
dico ego opa mea regi. Introi
L Oquebar de testimoniĳs
tuis in ↄspectu regũ: ⁊ nõ
ↄfundebar: ⁊ meditabar in man-
datis tuis que dilexi nimis. ps̃.
Beati imaculati in via qui ambu
lãt in lege dñi. Introit⁹
M E expectauerũt pctõres
vt pderẽt me: testimonia tua do
mine intellexi: oĩs ↄsummatiõis
vidi finẽ latũ mãdatũ tuũ nimis
ps̃. Beati imaculati in via: qui
ambulãt i lege dñi Intr.
V Ultũ tuũ depcabunt oẽs
diuites plebis: adducentur regi
v̄gines post eã ꝓxime eius addu
cẽtur tibi in leticia ⁊ exultatõne
ps̃. Eructauit cor meũ verbũ
bonũ dico ego opera mea regi.
C Ognoui dñe: q2 Introi
equitas iudicia tua: et in
v̄itate tua humiliasti me: cõfige
timore tuo carnes meas a madã
tis tuis me nõ r̃pellas. ps̃. Bti

maculati in via qui ambulant in
lege dñi. De v̄gine ⁊ martyre
D Eus qui nos Oratõ.
btẽ. N. v̄ginis ⁊ mar-
tyris tue annua solennitate
letificas: cõcede ꝓpicius: vt
ei⁹ adiuuemur meritis: cui⁹
castitatis irradiamur exem
plis. P. De v̄gine nõ mar-
I Ndulgẽtiã tyre Orõ.
nob dñe btã. N. virgo
imploret: q̃ tibi grata extitit
⁊ merito castitatis: ⁊ tue pro
fessione v̄tutis. P. De plu-
D Eus qui rib⁹ v̄ginib⁹
nos in tãtis periculis
ↄstitutos: pro hũana scis fra
gilitate: nõ posse subsistere:
da nob p merita sanctarum vir
ginũ tuarum: castitatẽ mẽtis et
corporis vt ea que pro pecca
tis nr̃is patimur: te adiuuan
te vincam⁹ Per. De vna ele-
O Mĩps semp cta Orõ.
eterne deus: misericordiam
tuã: tuis ostẽde supplicibus: vt
qui de meritorũ q̃litate diffi
dim⁹: intercedẽte btã. N. ele
cta tua nõ iudiciũ tuũ sed in
dulgentiã ↄsequamur. Per.
Lcõ libri sapieñ. Eccles. li.

Confitebor tibi dñe rex
⁊ collaudabo te deū sal
uatorē meū. Cōfitebor noī
tuo qm̄ adiutor ⁊ ꝓtector fa-
ctus es mihi: et liberasti cor-
pus meū a ꝑditōe A laqueo
lingue inique: ⁊ a labiis ope
rantiū mendatiū. Et in con-
spectu astantiū: fact⁹ es mihi
adiutor. Et liberasti me scd̄z
multitudinē misc̄die nomis
tui. A rugiētibus ꝑparatis
ad escā: de manib⁹ querētiū
aiam meā: ⁊ de portis tribu-
lationū que circūdederūt me.
A pssura flāme q̄ circūdedit
me: ⁊ in medio ignis nō sum
estuata vel. estuatus. De al
titudine vētris inferi: ⁊ a lin-
gua coinquinata: et a verbo
mendacii. A rege iniquo ⁊ a
lingua iniusta Laudabit vsq̄z
ad mortē: aia mea dñm: ⁊ vi-
ta mea appropinquās erat:
inferno deorsum. Circūde-
derunt me vndiq̄z et nō erat q̄
adiuuaret. Respiciens eram
ad adiutorium hoim: ⁊ nō erat
Memorata sum vel memo-
ratus sum: miscdie tue dne: ⁊
coopationis tue q̄ a sclo sunt.

Dñe eruis sustinētes te: ⁊ li-
beras eos de manib⁹ angu-
stie: dñe deus nr̄. Lectō libri

Domi- sapie Eccl'ia. li.
